CENTRALE V. E. II

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
M 8
47 A
5

8-47-A-5

Digitized by Google

DECLARATIO
CASVVM RESERVATORVM

In Eccleſia Neapolitana valdè vtilis Confeſſarijs, præſertim non habentibus auctoritatem abſoluendi à reſeruatis.

In quo agitur quando eſt peccatum reſeruatum in rigore, & quando non eſt reſeruatum, & quando poteſt abſolui à quolibet approbato Confeſſario, & quando non poteſt abſolui, & quid dicendum quando dubium eſt, an ſit peccatum reſeruatum?

AVCTORE
CAROLO DE BAVCIO
Sacerdote Capuano, profeſſore Theologiæ ſpeculatiuæ, ac moralis, & vno ex ſummis Pœnitentiarijs in Eccleſia Neap.

NEAPOLI,
Apud Franciſcum Sauium Typographum Curiæ Archiepiſcop. 1643.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEO OPTIMO MAXIMO

Summmæ ſapientiæ, infinitæq; bonitatī.

CAROLVS DE BAVCIO Sacerdos.

HOS paucos labores tibi dedico, ac cõſecro. Nec hũc libellum compoſui, premij temporalis intuitu, ſed propter gloriam tuam, animarumq; ſalutẽ duntaxat, & vt quam primum peccata à cordibus hominum media confeſſione, aboleantur.

a 2 Nec

Nec quæro ex his laboribus humanã laudem, ſed ſolum, vt tu Deus, pro innumeris beneficijs, quæ à te recepi, hanc meam voluntatem accepres.

AD LECTOREM.

CEnſui magno pere eſſe opus, vt hic liber typis mandetur, vt ſciant ſimplices Confeſſarij quando ſine ſcrupulo poſſunt abſolutionem impendere abſque eo, quod imponant onus ſuis pęnitētibus accededi ad Eccleſia maiorem pro abſolutione peccatorum, vt facilior reddatur confeſſio tàm pęnitenti, quàm confeſſario, qui eam excipit. Dabo operam breuitati, ſed non ero obſcurus, ſolum remanet, vt tu oras pro me Deum.

Digitized by Google

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus V.G.

Poteſt imprimi.

Fr. Ioſeph de Rubeis Ordin. Min. Conu. Sancti Franciſci S. T. D. Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. Cardinalis Philamarini Theolog.

Digitized by Google

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dñe

Mandato tuo, vt obediam ego Franciſcus Lobardus V. I. D. Canonicus Neapolitanus, vidi & perlegi, librum Caſuum reſeruatorum Admod. R. D. Caroli de Balzo, in quo plurima tangendo ſatis clarè, & doctè, diuidit Caſus vnicuiuſq; afferens rationem, & quia nihil continet contra fidem, bonos mores, & nec aduerſus Regalem iuriſdictionem: proindè valdè proficuũ erit ſi imprimatur. Dat. Neap die 4. Ianuarij 1643.

Dominationes veſtræ Ill. & Excell.

Seruus additiſſimus

Franciſcus Lobardus Canon. Neap.

Vidit Arias de Meſa Reg. Conſ. Deleg. per S. Excell. pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione.

IMPRIMATVR.

Vidit Tappia Reg.

Vidit Brancia Reg.

Vidit Zufia Reg.

Vidit Sanfelicius Reg.

Vidit Azcon Reg.

Vidit Capicius Latro pro Reg.

Digitized by Google



Digitized by Google

CASVS RESERVATI, *in quibus eſt annexa excommunicatio*

PRIMVS caſus conſiſtit in ſequentibus, ac formalibus verbis . Omnes vtriuſq; ſexus perſonæ, quæ per ſe, vel per alium de Sanctiſſimo altaris Sacramento, oleo ſancto, ſiuè quacunque re conſecrata, ad diuinationes, veneficia, ſortilegia, ſiuè ad alios illicitos vſus, quouis modo abutantur, aut qui alicui daret, ſiuè reciperet de Sanctiſſimo Sacramento, aut ſacramentalibus prædictis, ob fines ſupradictos, & ſi dictus abuſus re ipſa non ſequatur, pœnam excommunicationis ipſo facto incurrant: ad incurrendum di-

Digitized by Google

ctum caſum: Dico quod primo non requiritur, vt effectus ſequatur; ſecundo, quod tantum qui dat de ſacramentalibus quantum, qui recipit, ad effectus illicitos ſupradictos incurrit caſum reſeruatum. Tertio, quod res conſecrata, intelligenda eſt, etiam benedicta cera quæ apponitur in agnus Dei, vt colligitur ex textu caſuum reſeruatorum.

Secundus caſus conſtat ex ſequentibus, ac formalibus verbis.

Eamq; pœnam excommunicationis incurrant, omnes vtriuſque perſonæ, quæ Dæmoni obſequium promittunt, ſacrificia, ſiuè thus offerunt, etiam abſq; erroris intellectu; nec non quæ per ſe, vel ad al-

terius

Digitized by Google

terius inſtantiam condunt, ſiuè condi faciunt quamlibet imaginem, ſiuè annulum, aut quodcumque aliud artificiatũ; vt in eo Dęmonem conſtringant, ſed circa hunc caſum nihil mihi occurrit, niſi quod etiam non ſequuto Dæmoni obſequio, ſed ſola promiſſione facta de obſequio incurritur ſupradictus caſus; & etiam incurritur caſus reſeruatus, ſi re ipſa iudicat pœnitens non deberi huiuſmodi obſequium Dœmoni, vt patet ex Codice caſuum reſeruatorum, ex illis verbis abſque erroris intellectu.

Sed petes an homo vim habeat alligandi, ſeù conſtringendi Dæmonem.

RESpondetur ex communi Doctores ſententia teſte *Sanchex in ſum. l. 2. c. 42. nu. 11 negatiuè*. Vndè quando quis dicitur habere Dæmonem alligatũ intelligitur dupliciter.

Primò, vt ipſe Dæmon ſpõtè ſua ſe alliget, aut illum includat in pacto cum homine initio expreſsè, vel tacitè, vt id Dæmon faciat cum primum certa quædam verba, aut carmina, aut veneficia, aut incantamenta intellexerit.

Secundo modo id fit quando vi ſuperioris Dæmonis includitur, includitur inferior Dæmon in locum per pactum

cum

cum Dæmone initum à mago, itaq; nullo modo coactè poſſunt Dæmones alligarj ab homine vt docent Doctores teſte *Sanch. l. cit. Addit Victoria* Dæmonem ſuperiorem non poſſe phyſica actione alligare inferiorem ita vt eo abſenti inferior diſcedere non valeat, ſed ſola morali actione, ideſt imperio. Sicut ſubditus dicitur cogi imperio ſuperiori ad aliquid faciendum, & non eſſe veriſimile Dæmonem ita illi rei alligari, vt nunquam indè recedat, ſed dici alligatũ, quia vocatus à poſſeſſore illius rei, ſemper venit, nec indiget longa temporis mora ad redeundum vbicumq; ſit, ſed breuiter reddit ictu oculi, & à quauis diſtantia poteſt cognoſcere quid

geratur apud illum in cuius poteſtate res illa exiſtat.

Tertius caſus conſiſtit in ſequentibus, ac formalibus verbis.

Itē omnes venefici, negromantes, ſortilegi, diuinatores, lamiæ, ſiuè ſtriges vtriuſq; ſexus, & omnes quoſcumq; nomine nuncupentur, qui cum expreſſa Dæmonis inuocatione, prætextu captādæ dilectionis, aut odij inferendi, vtuntur incantationibus, ſiuè diuinationibus, & maleficijs in damnum perſonarum, ſiuè etiam vtuntur ligaturis ad amorem excitandum, vel à naturali, & legitimi matrimonij vſu coniuges auertendos.

Digitized by Google

Sed petes primo, an qui ſine expreſſa inuocatione Dæmonis ſaciat ſupradicta incurrat caſum reſeruatum.

RESpondetur non incurrere caſum reſeruatum, licèt peccet mortaliter, quia litera caſuum reſeruatorum requirit expreſſam inuocationem Dęmonis, vt docui alibi *tractat. de ſuperſt. fol. 33. §. hinc ſequitur.*

Ex quo

Sequitur primò, quod mulieres facientes palmos, cauſa ſciendi earũ Amaſij an diligãt ipſas, vel cauſa ſciendi futura, licèt peccent, non incurrunt caſum reſeruatum in Eccleſia Neapolitana, ſi ſine expreſſa inuocatione dæmonis id faciant,

ciant, vt regulariter faciunt, nempè ſine expreſſa inuocatione dæmonis.

Sequitur ſecundò, quod qui cum expreſſa dæmonis inuocatione, nimirum venefici, necromantes, diuinatores, &c. aliquid faciunt ſine prætextu captandæ dilectionis, aut odij inferendi abſque damno perſonarum, nec fiunt ligaturæ ab ijs ob amorem excitandum, vel à naturali, & legitimo vſu matrimonij coniuges auertẽdos, licèt peccent mortaliter non incurrunt reſeruationem caſuum in diæceſi Neapolitana, vt patet ex tabella caſuum reſeruatorum; nam illi tantum dicuntur caſus reſeruati, qui ſecundum iuris diſpoſitionẽ, ſeruata proprietate vocabuli com-

Digitized by Google

comprehenduntur in litera, & non per extenſionem Doctores, cùm reſeruatio ſit odioſa, & vt ita dicam pænalis ad inſtar ſtatuti, & conſequenter pęnæ ſunt reſtringendæ, iuxta regulas iuris, ita *Coriolanus de caſibus reſeruatis p, 1. ſect. 1. art. 5. nu. 4.*

Petes ſecundo, quid ſit diuinatio expreſſa, vel tacita Dæmonis.

RESpōdetur expreſſam inuocationem dæmonis eſſe, quando diuinator, vel maleficus intendit inuocare dæmonem, & cum eo pactum inire, vel quando diuinator ſciẽs dæmonem per aliquod ſignũ manifeſtare latentia vtitur tali

ſigno, vt ſibi latentia manifeſtentur.

Hæc autem diuinatio cum cum expreſſa dæmonis inuocatione multis modis contingere poteſt. Primò per fictam apparitionem in figuris, vel aſſumptis corporibus. Secundò per ſigna apparentia in corporibus terreſtribus, vt in ligno, fetro, lapide, &c. Tertiò per negromantiam, quæ generali nomine appellatur, & ſunt nouem ſpecies. Prima eſt præſtigium, cum nempè dæmon varijs apparitionibus ſuperſtitioſorum oculos perſtringit ſe illorum aſpectibus obijciēs occultaq; docens. Secunda dicitur diuinatio per ſomnia, cum inſtructio dæmonis per ſomnia ſperatur. Tertia dicitur ne-

negromantia, quæ ſit excitando aliquem mortuum, qui reſpondeat certis carminibus. Quarta dicitur diuinatio per phitones, cum demon per arreptitios docet. Quinta dicitur geomantia, quando docet dæmon per ſigna in corporibus terreſtribus apparentia, vt in ligno, metallo, lapide, &c. Sexta dicitur hydromantia cum docet dæmõ per ſigna in aqua apparentia. Septima dicitur aeromantia quando docet dęmon per ſigna in aere apparentia. Octaua dicitur pyromantia cum docet dæmon per ſigna apparentia in igne. Vltima dicitur haruſpicium, cum docet dæmon per ſigna apparentia in extis animalium ſacrificatorum dæmoni, vt benè omnia

dòcet *Sanchez in ſumma lib.2. cap.28.nu.12.*

Diuinatio tacita dæmonis duplex eſt. Prior eſt quando cognitio occultorũ vanè procuratur ex conſideratione alicuius diſpoſitionis aliàs exiſtentis in quibuſcũque rebus. Poſterior eſt cum quæritur ex diſpoſitione eorum, quæ homines conſultò faciunt, cauſa cognitionis adipiſcendæ, ita *Sanchez l.cit.*

Priorem diuinandi modum *D.Th.2.2.q.95.art.4.* diuidit in nouem ſpecies. Prima eſt genethlia, cum ex ſyderum motu cognitio quæritur. Secunda eſt augurium, cum ex animaliũ vocibus: aut ex hominum ſternutatione quæritur cognitio. Tertia auſpicium, cũ ex auium

vola-

volata, aut quorumuis animalium cognitio quæritur. Quarta Omen cum ex hominum vocibus præter intentionem dictis cognitio quæritur. Quinta ſpecies dicitur onirocritica, cum ex ſomnijs cognitio quæritur. Sexta ſpecies dicitur phyſiognomia, cum quæritur cognitio ex ſignis humanis totius corporis. Septima ſpecies ſpatulamantia, cum cognitio quæritur ex ſignis ſpatulæ, ſeù humeri. Octaua ſpecies dicitur metopoſcopia, quando ex fronte cognitio quæritur. Nona ſpecies dicitur chiromantia, cum ex manuum lineis cognitio quæritur.

Rurſus poſterior modus etiam diuiditur à *D.Th.* in duas ſpecies. Prima eſt geomantia,

cum

cum ex pūctorum protractione cognitio quæritur. Secunda dicitur diuinatio per ſortes, cùm ex aliquibus ſignis reſultātibus in plumbo liquefacto, proiectoq; in aquam, vel ex cōſideratione feſtucæ electæ ex duabus oblatis, ſcheduleue ſcriptæ, aut albæ, vel ex taxillorum proiectione, vel ex conſideratione eius, quod aperienti librū occurrit, cognitionem quærit.

Petes tertio, qui dicuntur veneſici, & ſortilegi.

RESpondetur primò veneficos dico illos, qui homines incantationibus occidunt, vel eis nocent, ita *Graphius lib.* 3 *de caſib. reſeru. cap.* 1. *nu.* 12.

Vene-

Veneficium verò duplex eſt, vnum quo nocet in propria perſona,& ita ſolent lamiæ, & ſtriges homines occidere, aut lædere, vt quando ad requiſitionem, ſortilegarum impedit diabolus, quod aliquis non poſſit cognoſcere vxorem ſuam,dando impedimentum circa partem generatiuam. Aliud verò veneficium eſt,quo nocet in rebus, nam poſſunt elementa concutera, aerem conturbare, deſtruere vineas, & animalia occidere, & ſubuertere ædificia.Ita *Graphius l. cit.* comprehenditur,etiam ſub nomine maleficij,ſeù veneficij id quod datur à malefico alicui perſonæ ad edendum, vel bibendum,ita *Archid in cap.ſi per ſortiarias* 33.*q.*1.

Re-

Reſpondetur ſecundò, ſortilegos dici, qui futura præueniunt per quaſdam inſpectiones ſortium, vel figurarum, ita loquuntur canones, *cit. à Graphio lib. 3. num. 16. de caſibus reſeruatis.*

Petes quarto, an incurrant ſupradictum caſum reſeruatum mictentes ad magos, vel eos per tertiam perſonam conſulentes, vel mandantes talia fieri.

RESpondetur non incurrere caſum reſeruatũ, licèt peccent mortaliter, quia verè non agunt prohibita in caſu, ſeù actiones in caſu contentas excommunicationi ſubiectas, vt patet *ex cap. vt famæ de ſent.*

ex-

excom, ita etiam docet *Graph. de caſib. reſeruat lib. 3. cap. 1. nu. 45. ſed Finellus de caſibus reſeruatis caſu 4. nu. 21. cum alijs Doctoribus à ſe cit.* docet mandantem, aut conſulentem ęquipaparari cum faciente, & conſequenter incurrere caſum reſeruatum, etiam ſi ſolum de faciente ſit mentio in litera *caſ. reſeruat.*

Petes quinto, ſi quis ignorantia inuincibili ageret aliquam diuinationem putans nullum, aut veniale peccatum eſſe, an inincurrat caſum reſeruatum.

Reſpondetur ex communi ſentęntia, teſte *Graphio l. cit. num. 49. non incurrere peccatum reſeruatum.*

Quar-

Quartus caſus conſiſtit in ſequentibus, ac formalibus verbis pœnam excommunicationis ipſo facto incidat, quicumque præſumet accedere ad monaſteria monialiũ, quãrumuis exempta, vt cum monialibus, vel aliqua ipſarum colloquatur, etiam ſi ſit nouitia, aut cum puellis, quæ educationis cauſa ibi commorantur, ſine tamen noſtra, vel noſtri Vicarij licentia. Declarantes, quod qui facultatem obtinuerint colloquendi, cum aliqua prædictarum, non poſſit eadem vti, vt cum alia colloquãtur data opera, aut ex profeſſo. Eos verò qui, quod Deus auertat, ſub prætextu licentiæ obtentæ præſumeret cum aliqua moniali, licèt nouitia de rebus

rebus obſcenis verbis, aut acti bus impudicis pertractare, vel literas de rebus obſcenis, ſiuè internunciũ tranſmittere, ipſo facto excommunicamus. Et ſimiliter tàm viros, quàm mulieres, tàm intrà, quàm extra claustra monaſterij exiſtentes, qui ſcienter literas, vel nuncium de rebus prædictis deferrent.

Sed petes primò, an incidat in caſum reſeruatum, vel in excommunicationem, qui ſine licentia ſcribit moniali.

RESpondetur non incidere in excommunicationem, neque incurrere caſum reſeruatum, nam tunc impropriè lo-

loquitur, qui mittit epiſtolam moniali, ita *Gloſſa intelligitur in verb. particip. & cap. conſtit. de ſent. excomm. lib. 6 & cap. licet ff de conſtit peccat. & idem affirmat Graphius de caſib. reſeruat. lib. 2. cap. 5. num. 34* Secus eſt dicendum ſi quis moniali ſcriberet de rebus continentibus turpia, vel mitteret nuncium tunc incurreret excommunicationem, & caſum reſeruatum, vt patet ex Codice caſuum reſeruatorum.

Petes ſecundò, ſi quis loqueretur moniali nutu, vel ſignis, ac fraudulenter non exprimendo verbum, an incurret excommunicationẽ, ac reſeruationẽ.

RElpondetur incurrere excommunicationem, ac reſer-

ſeruationem, quia nihil refert qualitercunq; quis ſuam exprimat voluntatem, ſiuè verbo, nutu, aut ſignis faciat, vt patet *ea text. in cap. cum apud de ſponſalib. ff. de legat. 3. l. nutu ff. de conſtit. pecu. l. qui autem ff. fin. ita etiam Zabarell. docet in clement ſi ſumm. de ſentent. excom. & Graphius de casib. reſeruat. lib. 2. cap. 5. nu. 34.*

Petes tertiò, an fæminæ poſsint loqui monialibus ſine licentia.

RESpondetur non requiri licentiam, vt fęminę poſſint loqui monialibus Ciuitatis Neapolis, quia ſic habetur in ſynodo Neapolitana, vt notat *Graph. lib. 5. conſ. c. 21. nu. 7.*

Quin-

Quintus caſus conſiſtit in ſequẽtibus verbis. omnes, qui falsũ in iudicio malitioſe depoſuerint contra innocentem in cauſa criminali, vel ciuili, in graue damnum alterius, vel vt deponatur, ſcienter effecerint: Nec non Actuarios, ſiuè Subactuarios, Notarios, ſiuè Scribas, qui cum alterius partis offenſione, vel cum Reipublicæ detrimento, cuius permagni intereſt, ne delicta impunita ſint, doloſè vel diminutam capiunt informationem, neq; omnium teſtium dicta ſcribũt.

Petes primò, quid requiritur ad hoc. vt quis incurrat ſupradictum caſum reſeruatum cenſuræ annexum.

RESpondetur primò, requiri immutationem veritatis. Secundò dolũ. Tertiò præiudicium tertij, ideſt graue dãnum contra innocentem, tàm in cauſa ciuili, quàm criminali. Quartò, vt in iudicio malitioſè deponatur. Quare fit, vt cũ caſus reſeruati ſint ſtricti iuris, requirunt propriam ſignificationem verborum, & ideò ſi vnum ex his deficit, quis non incidit in illum, vt ſi ſit immutatio veritatis, & non dolus, vel ſi vtrumque eſſet, non tamen illud falſum alicui no-

noceret, vtique non incideret in pœnam falſi, & caſum reſeruatum, ita ad hoc eſt *Gloſa ſingularit in l.damnus vbi gloſ. Bar. & DD. cap. de falsis notat Bald. in l. final. per illum textum ff. quod falſo tuto. Vbi Baldus notat, quod teſtis, qui iudici deponit falſum, tamen ſi eius dictum nemini nocet, iudex non debet de hoc eum punire, & alibi* Salicetus *in l. fundum cuius §. fin per illum text. ff. de euict. & in authent. contra qui propriam C non num. pecun. dicit quod mendacium, quod nemini nocet, cenſetur eſſe nugatorium, & non pænale, refert Iaſon. 2. volu. consil. consil.* 153. requiritur etiam vt deponat item in iudicio, ideſt coràm iudice, vel notario de mandato iudicis cum iuramento, vt dixit *Robertus*

bertus Maranta de ordin iud p. 6 de teſt.prod. ſextus actus n. 21.

Preterea qui deponeret falſum extra iudicium cum dolo, & falſitate non incurreret caſum reſeruatum, vt patet ex reſeruatione dicti caſus, & aduertit *Graph. de caſibus reſeruatis lib. 1. cap. 17. nu. 14. & 15.*

Petes ſecundò quid dicendum, ſi teſtis compulſus in cauſa criminali teſtificari, & iurare fuiſſet particeps delicti, & conſcius, an incidat in caſum reſeruatum ſi dixit mendacium iudicio.

RESpondetur ex *Graphio l. cit. nu. 16* non incidere in ſupradictũ caſum reſeruatum, quia diſpoſitio non videtur

Digitized by Google

doloſa ad decipiendũ tertium, ſed ad ſe liberandum, & conſequenter, nec cum intereſſe tertij, vt patet ex verbo textus malitiosè, ideſt dolosè, modò non tractetur de intereſſe partis læſæ, ſecuta abſolutione, puta commiſſo homicidio, quandoquidem homicida tenetur ad intereſſe hæredi defuncti, vel ipſi viuenti mutilato.

Putat verò Graphius, nec includi in caſu reſeruato, ſi quis non depoſuit animo doloſo, ſcilicèt nocendi, ſed ad hoc fuit compulſus. Verum non poteſt abſolui, niſi ſatisfecerit, vel propoſuerit ſatisfacere, deficiente principali.

Digitized by Google

Petes tertiò, an incurrat caſum ſupradictum mandans, vel conſulens teſtificari falſum in iudicio.

RESpondetur *ex Graphio l. cit n.* 17. non comprehendi mandantem, aut conſulentem, vt patet ex textu caſus reſeruationis, quia cum textus loquitur de deponente, & caſuum reſeruatio eſt pęnalis, & præiudicatiua auctoritati Cõfeſſariorum ſimplicium, non extendenda eſt ad caſus non expreſſos, vt patet *ex argum. text in l. pæn ff de pænis. ſic de excommunis.* dicimus quæ loquẽs de faciente, non extenditur ad mandantem, vel conſulentem, niſi id exprimatur in canone,

vt patet *ex cap. mulieres de ſent. excom. cap. quantę eod. tit.*

Petes quartò, an qui tacet veritatem, ſed non dicit falſum in iudicio, incurrat caſum reſeruatum.

Reſpondetur *ex Graphio l. cit. nu.* 19. non incidere in caſum reſeruatum. idem dicitur, nempè non incurrere caſum reſeruatum, quando teſtis loquitur obſcurè, ac ſimulatè, nam non habetur pro falſo, ſed pro ſuſpecto. *Ita Bald. in l. data opera C. de his, qui accuſare non poſſunt Gloſ. 4. q. 3. cap. ſi teſtes §. item in teſtibus conſiderandum, Marc. Scoc. in cap. 1. nu. 66. extra de crimin falſ. & Graphius loc. cit. nu.* 19.

Petes

Digitized by Google

Petes quintò, an incurrat caſum reſeruatum, ſi quis in iudicio deponat falſum, ob finem, ne moriatur reus.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum, tùm quia non ſunt facienda mala, vt indè veniant bona, tùm quia expedit Reipublicæ, vt delicta non remaneant impunita. *Ita Graphius loc. cit. num. 22. & citat Sotum in caſu ſimili.*

Petes ſextò, an ad hoc vt incurratur dictus caſus reſeruatus, requiratur dolus.

RESpondetur affirmatiuè, nempè requiri dolũ, quod ſi ille deeſt, nullo modo in illũ

homo incidit. Hinc fit, quod ſi quis putet dicere veritatem in aliqua re, & iuret ſic eſſe, non eſt falſarius, nec periurus, licèt veritas ſit in contrarium eius. *Ita Bald. in l. 2. §. quod obſeruari C de iuramento. Ita etiã docet Graphius l. cit num. 23. qui citat etiam Filin.*

Petes ſeptimò, an incurrat caſum reſeruatum, qui depoſuit falſum coram iudice, ſed non iurauit, vel depoſuit falſum coràm Notario, non præcedente mandato iudicis.

RESpondetur, deficiente iuramento, non incurri casũ reſeruatum, etiam ſi depoſuerit falſum. idem dicitur ſi depoſuit falsũ coràm Notario,

non

non præcedente mandato iudicis, quia iuramentum eſt de eſſentia teſtis. *Ita Doctores teſte Graphio l. cit. nu. 26.* quos ipſe ſequitur: itē iuramentum non eſt perfectum quando non fit coram Iudice, vel coram Notario, præcedente mandato iudicis. *Ita iuriſperit, teſte Graph. loc. cit.*

Itaq; ſi deeſt iuramentum, non incurritur caſus reſeruatus, etiam ſi quis depoſuerit falſum coram iudice, & ſi fit iuramentum non coram Iudice, ſed coram Notario, non præcedente mandato Iudicis, etiam ſi depoſitio ſit falſa, nec etiam incurritur caſus reſeruatus.

Petes octauò, an appellatione teſtis, veniat reus, puta ſi Reus iuridicè interrogatus dixit mẽdacium in iudicio, an incidat in caſum reſeruatum.

RESpondetur *ex Graphio loc. cit. nu. 36.* negatiuè, nempè appellatione teſtis non venire Reum, & conſequenter non incurrere caſum reſeruatum, licèt peccet, dicendo in iudicio mendacium.

Sextus caſus cõſiſtit in formalibus verbis: quicunq; Confeſſarij approbati, ſiuè approbandi ad confeſſiones audiendas quomodolibet etiam Parochi, qui quod Deus auertat, inducerent, ſiuè ſollicitarent quamcunq; perſonam ſibi cõfitentem, ad res laſciuas, ſiuè

car-

carnales in actu confeſſionis, vel poſt immediatè, pęnam excommunicationis incurrant.

In explicatione huius caſus, nihil mihi occurrit niſi quod Doctores docent tractātes de ſollicitatione, ac proindè conſulendi ſunt libri tractantes de hac materia.

Sed vnum aduerto, quod quando quis dicitur ſollecitator in rigore Conſtitutionis Gregorij Decimi Quinti, ac aliorum Summorum Pontificium, certum eſt, tunc incurrere reſeruationem caſus cenſuræ annexi, ac proindè non poſſe abſolui à ſimplici approbato Confeſſario.

Septimus caſus conſiſtit in his formalibus verbis.

Excommunicationi quoq;

ſubijciantur ij, ſiuè laici, ſiuè clerici, qui contra diſpoſitionem ſacrorum canonum, clericos, quos nouerint, ad forum laicale traxerint, etiam conſentiente Deo: circa hunc caſum nihil mihi occurrit, quia textus eſt clarus.

Caſus reſeruati, in quibus non eſt annexa excommunicatio.

PRimus caſus conſiſtit, in ſequentibus, ac formalibus verbis.

Blaſphemantes Deum, vel Beatam Virginem ex peruerſa conſuetudine coram pluribus perſonis ſupra quatuor.

Sed petes primò, an comprehendatur ſub caſu reſeruato, qui ſemel, aut bis blaſphemauerit Deum, aut Beatiſs. Virginem.

RESpondetur non comprehendi ſub caſu reſeruato, nam dicit litera, ex peruerſa conſuetudine, nã licèt textus actus inducat conſuetudinem *l fin. in fin. C. de Epiſcop. audit. & notat in l. de quibus ff. de legibus*, tamen ad inducendã peruerſam conſuetudinem blaſphemandi, requiruntur plures reiterationes, vt patet *ex Bald. in l. 1. C de rebus cred. Iaſon. in l. ait prætor § iuraui nu. 14 ff. de iureiurando Menochius lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 375. & Graph. de quinq. caſib. lib. 1. cap. 10. num. 56. talis erat puer qui quintum*

habens annum de quo B. Gregor. dialog. 4. cap. 17. percuſſus à Deo in ſinu patris mortuus fuit, quia conſueuerat Deum blaſphemare.

Petes ſecundò, ſi quis blaſphemauerit Deum vno impetu, & eodem impetu Beatiſsimam Virinem, an incidat in caſum, tãquã ex peruerſa conſuetudine.

RESpondetur, quod nõ incidit in caſum reſeruatũ, quia vnica videtur tantùm blaſphemia, nam blaſphemia pluries repetita eodem impetu pro vnica cenſetur, vt patet *ex l. vnum ff. de teſt. & hoc eſt de mente Bart. in l. item apud Labeonem ff. de iniur. patet etiam ex l. illud in fin. ff. ad l. aquil. cap. cum haberet. gloſ. ſingul. in l. numquã ff. de*

ff. de actu, & obligat vbi plura pro vno imputantur ratione continuationis.

Sed dubium eſt de eo, qui in ludo eodem, cum eiſdem perſonis ex interuallo, & interpellatis diuerſis verbis pluries blaſphemauerit Deum, vel Beatiſſimam Virginem, an incidat in caſum reſeruatum, vt blaſphemans ex peruerſa cõſuetudine.

R Reſpondetur non incurrere caſum reſeruatum, quia non ſunt diuerſæ blaſphemiæ, ſi fuerint prolatæ ex interuallo, & interpellatis diuerſis vicibus in eodem ludo, quia ſolius temporis interuallum non inducit diuerſitatem, vel pluralitatem delicti, ſed diuerſi

Digitized by Google

uerſi impetus. Quare ſi eodem impetu diuerſis temporibus tantùm continuatis cum temporis interuallo fuerint prolatæ plures, & plures blaſphemiæ, vna tantùm cenſetur. ad hoc facit *tex. in l. quod lex §. fin. ff. de adult. vt docet Graph. lib. 1. cap. 10. nu. 61.*

Petes tertio, an requiratur vt omnes conditiones appoſitæ in caſu reſeruato ſint completę ad hoc, vt quis incurrat caſum reſeruatum.

RESpondetur *ex Graphio l. cit. lib. 1. cap.* 10 *n.* 64. quod vt quis incurrat caſum reſeruatum blaphemiæ in Diœceſi Neapolitana. Primum requiritur, vt blaſphemia ſit contra

Deum,

Deum, vel Beatam Virginem. Secundum, vt ex peruerſa conſuetudine. Tertium, vt coram pluribus perſonis ſupra quatuor, vnde vno ex his deficiente, non dicitur caſus reſeruatus. Quare fit, vt ſi aliquis blaſphemauerit Deum, &c. coram pluribus perſonis ſupra quatuor, ſed non ex peruerſa conſuetudine, vel ſi Deum, vel Beatam Virginem, ſed non coram quinque, vel ſi ex peruerſa conſuetudine coram quinq; ſed aliquem Sanctum, & non Deum, vel Beatã Virginem, non eſt caſus reſeruatus.

Nec incurritur caſus reſeruatus ſi hæ tres conditiones ſunt, ſed perſonæ non eſſent rationis compotes. Nec incurritur caſus reſeruatus, ſi eſſent

aſtantes ſupra quatuor, ſed nō aduertunt verba blaſphemiæ, nã dictio coram pluribus perſonis ſupra quatuor, exigit perſonalem præſentiam, vt patet *ex l. coram ff. de verb. ſignific.* præterea illud coràm alio fieri dicitur, quod eo ſciente, & intelligente, vt patet *l. coram die §. coràm, & ibi Bart. & Doctores ff. de arbitr. ita etiam Graphius l. cit. nu. 66.*

Sed dubium eſt, qui ſic blaſphemat coram quinq; Deum, ex perverſa conſuetudine, ſed accepta pęnitentia in foro pęnitentiali decreuit apud ſe non amplius blaſphemare, verum poſt aliquod temporis ſpatium, iterum reinsidit bis, aut ter coram ſex perſonis, an iſte dicitur peruerſè blaſphemare. Re-

Reſpondetur, quod ſic, quia cõſuetudo facilè inducitur, ſed difficulter repellitur, & res de facili reddit ad priſtinam naturam. Rurſus illud dicitur numquam fuiſſe, quod numquam decreuit, vt patet *ex ca. nam & ego, in iuncta gloſ. de verbor. ſignificat.* ſed qui poſt blaſphemiam, pœnitentia peracta recidunt, non videtur perſtitiſſe in pœnitentia, ergo perſeuerat in habitu peruerſo blaſphemię, vt conſuetudo reuiuiſcat, vt patet *ex textu in c. eos, qui de ſentent. excomm. in 6. & latè probat* Graphius *loc. cit. num. 67.*

Petes

Digitized by Google

Petes quarto, an ſit caſus reſeruatus tamquam peruerſè blaſphemans, qui pluries clàm, aut occultè, vel coram paucis blaſphemauit, ſed bis, aut ter publicè.

RESpondetur eſſe caſum reſeruatum, quia ſatis eſt quod vices iſtæ vnitæ cum primis ſint ſufficientes ad inducendam peruerſam conſuetudinem; non enim requiritur, quod omnes blaphemiæ ſint publicæ ex peruerſa conſuetudine, ſed ſatis eſt, quod poſſit dici peruerſè blaſphemãs. *ita Graphius l.cit.nu.*71.

Petes

Petes quintò, an conſuetus dicere, Mal habia non dico Dio, publicè ex peruerſa conſuetudine, incidat in caſum reſeruatum blaſphemiæ.

RЕſpondetur non incurrere caſum reſeruatum blaſphemiæ, cùm negatio in medio propoſitionis neget, & non affirmet. *ita Graphius l.cit. nu.72.*

Secundus caſus reſeruatus eſt ſodomia, explicata cum his formalibus verbis. Peccatum ſodomiæ exercentes, vel cum brutis coeuntes.

Petes tertio, quid ſit ſodomia, ad hoc vt quis incurrat caſum reſeruatum.

Re-

REſpondetur, ſodomiã eſſe concubitum cum perſona indebita, vt maſculi cum maſculo, fæminæ cum fęmina, & in vaſe indebito. *it a Graph. lib. 1. cap. 11. nu. 10. & nu. 21.*

Sed dubium eſt, an vir ſi habet rem cum fæmina in vaſe prępoſtero incurrat caſum reſeruatum ſodomię.

REſpondetur ex communi DD. ſententia apud Ciuiliſtas, *teſte Graphio loc. cit nu. 20.* cum fæmina poſſe committi vitium ſodomiticum. Sed Theologi dicunt non eſſe ſodomiam; quando mas abutitur fæmina, ſed eſſe peccatum cõtra naturam; ſed quantum ad reſeruationẽ. Putat Graphius,

quod

quod ſi mas rem habeat cum fæmina in vaſe præpoſtero incurrit caſum reſeruatum, vt probat Graphius *num. 22. cum teſtib. à ſe cit. idem docent* DD. *teſte* Bonacina *tom. 1. q. 4. p. 11. nu.* 5. quidquid dicant alij in oppoſitũ docentes nõ eſſe caſum reſeruatum, quando mas rem habet cum fæmina in vaſe præpoſtero.

Petes ſecundò, an ſi quis ſemel committat ſodomiam incurrat caſum reſeruatum.

RESpondetur non incurrere caſum reſeruatum, nam qui ſemel, aut bis committit hoc peccatum, non dicitur exercitator huius peccati. Quandoquidem dicitur in litera

tera peccatum ſodomiæ exercentes. Vnde dicuntur exercitatores nō qui ſemel, aut bis, ſed hi qui quaſi ex vſu continuo dant operā huic vitio peſſimo ex habitu,& praua cōſuetudine. *ita Graph. loc cit. nu. 27. & Nauar in ſumma nu 249.*

Præterea, exercentes, hoc verbum ſignificat frequētiam ex diuerſis actibus non ex eodem tempore. ſed diuerſis, vt patet *ex textu in cap monaſt. de vita, & honeſt. cleric.* Nam tres actus venerei continuati, antequam quis diuertat ad actus extraneos cum maſculo habentur pro vno continuato,& aggregato, vt patet *ex ff. de furtis l. vulgaris in princ. Bald. in cap. cum eccleſ. num. 16 Nauar. cap. 27. num. 250.* Addo ego quod

quod peccata ſunt tria, & non vnum, quia quiuis actus ſodomiticus eſt conſumatus, ſed quo ad reſeruationem habetur pro vno continuato, vt ſupra dictum eſt.

Petes tertiò, an ſodomita patiens incurrat caſum reſeruatum.

RESpondetur non incurrere caſum reſeruatũ, quia ſodomita dicitur concubitor maſculi ſcilicèt agens, hoc eſt qui agit contra naturam cum eadem ſpecie in vaſe indebito, vt patet *ex cap. flagitia cap. clerici de exceſſ. Prelat.* Vndè patientes, molles vocantur iuxta illud 1. *ad cor. cap. 6. neq; Adulteri, neque molles, neque maſculorum condubitores regnum* Dei *poſſi.*

poſsidebunt, vbi Gloſa ſic expo- nit, quam ſequitur D. *Thom.* 1.2.*q*.138.*ad primum*, *&* *Caiet. in ſumma verb. mollities in fine* dicit quod molles dupliciter dicuntur, vel quia peragunt in ſe pollutionem voluntariam, & ita dicitur vitium infimum contra naturam, vel quia mas patitur, vt mulier.

Petes quartò, an ſit caſus reſeruatus ſub nomine ſodomię, quando quis exercet luxuriam contra naturam, v.g. ſi mares mutuo complexu, ſemen inter crura emittant alterutrum, vel ſi vnus ſupponatur alteri more, quo fit inter virum, & vxorem.

RESpondetur *ex* Graphio *de caſib. reſeru. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 29.

29. nõ incurrere caſum reſeruatũ, quia cõſumatio copulæ, ad hoc, vt ſit crimen ſodomiæ neceſſaria eſt, vt ſit intra vas ſtercorarium, alioquin non eſt copula ſodomitica, ſed mollities, vt expreſsè docet *Graphius*, *& colligitur ex cap. extra de ſponſalibus*, *& etiam colligitur ex Nauar. in ſumma cap. 27. nu. 150.*

Docet præterea *Graphius l. cit. num. 26.* quod ſi mulier cognoſcit aliam mulierẽ, medio inſtrumento inepto ad generationem, licèt in vaſe debito, quod etiam incurrit caſum reſeruatum ſodomiæ.

Petes quinto, an ſit opus, vt conſumetur actus intra vas ſtercōrarium, ad hoc vt ſit caſus reſeruatus ſodomię.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Graphio loc.cit.nu.23.* nō eſſe caſum reſeruatum, quando actus non conſumatur intra vas ſtercorarium.

Secus dicit, quando opus peregit vſque ad conſumationem, quod præuidens fraudulenter extra peregit, & ſemen effundit, nam tunc dicitur propriè ſodomita, & includitur ſub caſu reſeruato, *ita Iulius Clarus in §. ſodomia quem citat, & ſequitur Graphius lib.1.cap.1 nu.25.*

Petes

Petes ſextò quam ſit graue crimen ſodomię.

REſpōdetur crimen ſodomiæ grauiſſimum eſſe, & hoc crimen nominatur apoſtaſia, quæ inter grauiſſima annumeratur; tres enim sũt ſpecies apoſtaſię, videlicèt à Deo à natura, & à Principe. Prima appellatur crimen hæreſis. Secunda crimen ſodomicum, ſeù peccatum contra naturam. Tertia læſæ Maieſtatis: ſodomia dicitur à Sodoma Ciuitate, in qua perpetrabantur talia crimina, & idcircò fuit ab igne cœleſti aboleta vna cum alijs Ciuitatibus finitimis, vt habetur *in authent. vt non Luxur. cōtra naturam, habetur in text. in cap. ſed, & continuò de pęnit. diſt.*

 1. &

1. & in cap. clerici de exceſſ. prǽl. & notat D. *Ant. cit. à* G*raphio lib. 1. cap. 11. num. 14.* quod propter enormitatem delicti pœna extenditur ad non peccantes, qui licèt puniantur ſine culpa, ſubeſt tamen cauſa. Septem tamen ſunt cauſæ propter quas quis punitur ob crimina aliorum, quæ notantur *per tex. in cap. Eccleſię §. his ita 1. q. 4.* vbi inter alios numerat paruulos ſodomitorum eſſe punitos, nè fierent viuendo parentũ imitatores ob malum exemplum. Item dicit Dom. Ant. quod propter vicinitatem quandoque quis conſequitur pœnam, vndè malum eſt, malos habere vicinos.

Præterea propter hoc crimen, inducuntur peſtes, tèmpeſta-

peſtates, atque terremotus, vt habetur in dictas authent. vnde peccatum ſodomiticum vocatur luxuria diabolica.

Adde quod filius Dei ob hoc ſcelus, quod erat in humana natura diſtulit incarnari, ſecundum D. *Hieronym. ita Afflict. in rubrica 42. ſupra Regni coſtit. lib. 3.*

Præterea omnes ſodomitæ nocte natiuitatis Domini morte ſubitanea fuerunt conſumſumpti. *ita Archiep. Florent. in ſumma.*

Habetur in cōpendio Theologiæ, quod Diabolus tentat hominē de hoc vitio, ſed poſtquam hominem duxit ad hoc, ipſe fugit, abominans ex nobilitate naturæ ſuæ tantum ſcelus. *ita refert* D. *Antoninus*

Digitized by Google

p. 2. tit. 5. cap. 4. § 2. Adde quod ſi legatur Diabolum fuiſſe incubum ſub ſpecie viri, & ſuccubũ ſub ſpecie mulieris, nũquam tamen legitur fuiſſe ſuccubum ſub ſpecie viri. *Ita Hugo Cardinalis ad Rom cap. 1.*

Præterea ſodomitæ dicuntur filij diffidentiæ 17. *extra de vita, & honeſtat. cleric. de exceſſ. prælat. cap. clerici*, quia qui perpetrant tale ſcelus, rarò, aut numquam verè reſurgunt, ſed vſque ad ſenium trahunt execrabilem huiuſmodi abuſum, & ſi contingat alios ſeneſcere, prius à peccatis dimittuntur, quàm ipſi peccata dimittunt iuxta illud D. *Auguſt. in lib. de pœnit. & habetur de pœnit. d. 7. cap. final.*

Præterea ſodomitæ ſunt infames,

Digitized by Google

fames, vt eſt *tex. in l. cum vir C. de adult c. infames 3. q 7.* Quare conuicti de hoc crimine aduocare, vel procurare nō poſſunt *ff. de poſt li 1.* & neque teſtamē-tum condere, cum infames ipſo iure teſtari prohibeantur. *l. 15 §. vlt. ff. de teſt.*

Vltimo eſt dicendum hoc vitium eſſe tantæ turpitudinis, vt quaſi admirationem Deo faciat. *Vndè Gen* 18 *ait.* Deſcendam, & videbo vltra clamorē qui venerit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita., ac ſi dicat, vix poſſum credere tantum ſcelus, & facinus reperiri in homine, deſcendam ergo, vt videam hoc malum, vt puniam. Adde etiam, vt ait D. *Anton. 2. p. tit. 5. cap. 4.* §. 2. quod hoc flagitium vna erit ex

cauſis,propter quas Dominus Deus accelerabit iudicium, & mundus propter hoc vitium in humana natura multiplicatum igne conſumetur. iuxta illud *Ioel cap. 3. congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Ioſaphat, & diſcetabo cum eis*, & paulò inferius inter alias, hanc cauſam aſſignat, quia poſuerunt puerum in proſtribulo.

Tertius caſus reſeruatus eſt coire cum brutis, vt patet ex litera. vel coeuntes cũ brutis.

Sed petes primò, quid ſit coire cum brutis.

RESpondetur coire cum brutis ſignificat copulam, ſiuè concubitum cum brutis; incur-

incurritur caſus reſeruatus, quando quis ſe coniugit cum beſtia, etiam ſi polluat ſe extra vas, cùm coire ſignificet coniunctionem corporum. Idem dicitur quando quis coniungit ſe cum animale bruto maſculo, nẽpè incidere in caſum reſeruatum, quia verba conſtitutionis pœnalis extenduntur ad caſum in quo maior eſt ratio. *ita Ioan. Andr. in cap. 1. verbo canonis, & in cap. final. ſup. gloſ. de elect. in 6. & facit gloſa in verb. gregibus in clemen. 1. de decimis, & docet expreſſè Graphius lib. 1. de caſibus reſeruatis cap. 12. num.* 13. 14. & 15. ſed deteſtabilius peccatum eſt in maſculo, quàm in fæmina. Ratio eſt, quia in codice caſuum reſeruatorũ ſimpliciter dicitur coe-

untes cum brutis, ergo comprehenduntur tam maſculi, quàm fæminæ.

Non eſt tamen neceſſarium, vt in confeſſione explicetur cum qua ſpecie peccauit, ſiuè mare, ſiuè fæmina, vel cuius ſpeciei brutum fuerit, quamuis grauius ſit hominis coire cum bruto mare, & fæminæ mulieris cum bruta, quam hominis cum fæmella bruta, ſed hoc vt dixi, non eſt opus, vt in confeſſione explicetur; quia hæc eſt ſpecies ſpecialiſſima, & vnum eſt ſpecie motiuũ in omnibus, nimirum venerea delectatio, cum re diuerſę ſpeciei. *ita Hieronym. Llamas in ſumm. 6 præcept. de ſodomia c. 8. §. 21. Clauis Regia lib. 8. c. 3 nu. 18. in fin. & Graph. lib. 1. c. 12. nu. 17.*

Petes ſecundò, an ſit opus vt explicetur in confeſsione locus vbi conſumatus eſt actus beſtialitatis.

RESPONDET *Finell. de caſibus reſeruat. caſu* 8. *num.* 5. non eſſe neceſſarium, vt explicetur in confeſſione vas vbi conſumatus eſt coitus cum beſtia, nã ſemper eſt vitium beſtialitatis cum quocunq; & in quocunq; vaſe expleatur, quantum eſt ex natura talis concubitus, vt ſupradixi cum DD. à me cit. Verum ſi hunc ipſum ex delinquentis affectu metiamur, poteſt vlterius aliam deformitatem induere, vt ſi quis abutatur beſtia affectu ſodomitico, tunc enim præter beſtialitatis vitium, tale ſcelus induit etiã deformitatem ſodomiæ.

Digitized by Google

Petes tertiò, an requiratur conſumatio actus ad hoc, vt quis incurrat peccatum reſeruatum beſtialitatis.

RESpondetur ex *Homobono de caſibus reſeruatis part. 1. fol. mihi* 46. cum communi DD. ſententia, requiri conſumationem actus, ad hoc, vt quis incurrat caſum reſeruatum. *idem dicit Homo bonus part. 2. fol. 364. verb. beſtialitas*, nempè non incidere in caſum reſeruatum eum qui non conſumauit actum, ideſt ſi in vaſe belluæ, vel maſculi, vel fæminę non ſit facta ſeminatio, vel intra vas cum fæmina, vel mare belluis mortis ſe polluat. Et etiam ſi extra vas belluæ ſe polluat incurrere caſũ reſerua-

tum,

tũ, vt ſupra dixi cũ Graphio: ſi conſumatio actus ſatis eſt, vt ſit tãtum ex parte hominis ad hoc, vt quis incurrat caſũ reſeruatũ, ita *Graph lib. 1. c. 12 n. 12.*

Petes quartò, an incurrat quis caſum reſeruatum beſtialitatis ſi patiens ſit.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum, ſi ſit patiens. *ita Homobonus part. 2. fol. mihi 363. idem docet Maiolus lib. 5. de irregularit. cap. 44. num. 1. Graphius de caſibus reſeruatis lib. 1. cap. 12. num. 18. idem docet vbi refert quod tempore Leonis Decimi contingit in quodam loco, vbi repertus fuit patiens, canibus agentibus.*

Petes

Digitized by Google

Petes quintò, an quis incurrat caſum reſeruatum beſtialitatis ſi quis rem haberet cum auibus, vel piſcibus.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum beſtialitatis, ſi quis rem haberet cum auibus, vel piſcibus, *ita docet Graphius de caſibus reſeruatib. lib. 1. cap. 12. num* 2. ratio eſt, quia in codice caſuum reſeruatorum reſeruatur copula cum brutis, & appellatione brutorum veniunt omnia animalia terreſtria, & piſces, & aues. Secus eſt ſi prohiberetur copula cum animalibus, quia appellatione animalium comprenduntur tantum terreſtria, nec includũtur aues, ac piſces. *ita Gem. in cap. ſexto die diſt.* 35.

& ibi

Digitized by Google

& ibi præpoſit. nu. 3. & Graphius l. cit. nu. 3.

Petes ſextò, an quis incurrat caſum reſeruatum beſtialitatis, ſi rem haberet cum Dæmone ſuccubo, vel incubo.

Reſpondetur incurrere caſum reſeruatũ beſtialitatis ſi cũ Dæmone agendo, vel patiendo rem habuit. *ita Homobonus de caſibus reſeruatis part. 2. fol. 364. & cit Graphium.* Ratio eſt quia eſt eadem ratio formalis, ſcilicèt delectatio venerea cum re, quæ eſt diuerſæ ſpeciei ab homine, quamuis alio reſpectu concubitus cũ Dæmone differat à ſpecie beſtialitatis, ſcilicèt rationẽ ſuperſtitionis illius ad quam ſpectat ſocietas

cietas cum Dæmone, & idcircò eſt etiam in confeſſione explicanda.

Petes ſeptimò, an incurrat caſum reſeruatum beſtialitatis, ſi quis ſemel rem habuit cum bruto.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum, propter vnicum actum; ratio mihi eſt, quia verbum exercentes intelligitur reſpectu ſodomiæ ad quam requirũtur plures actus, ad hoc, vt dicatur quis exercere ſodomiam, & conſequenter incurrere caſum reſeruatum, non ſic dicitur in brutis; vt patet ex verbis codicis caſuum reſeruatorum, vel cum brutis coeuntes.

Ter-

Digitized by Google

Tertius caſus eſt inceſtuoſi in primo, vel ſècundo gradu conſaguinitatis, aut affinitàtis, ita vt maſculi tantum in hoc, & præcedentibus peccatis carnis comprehendantur, ita litera caſuum reſèruatorum.

Sed petes primò, quid requiratur ad hoc, vt quis incurrat peccatum inceſtus Neapoli reſèruatum.

RESpondetur duo requiri, ad hoc, vt quis incurrat peccatum inceſtus Neapoli reſeruatũ. Primò, vt inceſtuoſus coitum habeat cum conſanguineis proprijs, vel vxoris in primo, vel ſecundo gradu. Secundò, vt comprehendatur ſolum maſculus, vt patet ex litera caſuum reſeruatorum.

Digitized by Google

Petes ſecundò, an incurrat peccatum reſeruatum inceſtus, qui rem habeat cum cognata ſpirituali, puta quia tenuit filium eius ad baptiſmum, vel ad confirmationem.

Reſpondetur èx *Graphio lib.* 1.*cap.* 13 *nu.* 32. non incurret peccatum reſeruatum inceſtus, quia non eſt propriè inceſtus, ſed largè.

Petes tertiò, an incrrrat peccatum inceſtus, qui vacaret tantum tactibus impudicis, oſculis, amplexibus, cum conſanguinea propria, vel vxoris ſuæ, cauſa delectationis ſenſibilis animo non deueniendi ad opus, nec cum ſe ipſo, ſcilicèt ſe polluendi.

RΕſpondetur *ex Graphio l. cit. nu.* 37. non incurrere caſum reſeruatum; ita quod ſi aliquis incipiat opus inceſtus cum ſua ſorore, ſed non perficit, seù conſumat non incidit in caſum reſeruatum, eſt communis Doctorum ſententia, *teſte eodem Graphio loc. cit. idem docent DD. teſte finello, de caſib. reſeruatis caſu decimo nu.* 9. Vnde ſic ait quotieſcunque de inceſtu fit mentio, intelligi de inceſtu conſumato, ſiuè completo ex copula perfecta per quam ſemen viri intra naturale vas fæminæ ſit emiſſum, nec ſatis eſt ſi clauſtra pudoris ſint violata abſque ſeminis intromiſſione. Ita Doctores teſte Finello. Non eſt tamen neceſſaria commiſtio vtriuſq; ſeminis

nis, ſed ſufficit quod ſolus vir ſeminauerit, vt communiter docent Doctores. Addit *Finell.* per copulã ſodomiticã nullam contrahit affinitatem, neque inceſtum committi, & ideo ratione inceſtus, ſecluſa alia reſeruatione, nõ erit reſeruatus, copula ſodomitica cum fratre, ſorore, &c.

Dixi ratione inceſtus, quia Neapoli quia eſt reſeruata ſodomia, incurret peccatum reſeruatum ratione ſodomiæ, non autem ratione inceſtus. *ita Nauar, & Soto cit. à Finello l. cit. ſed nu. 10.*

Petes quartò. ſi quis incipiat copu-pulam cum conſaguinea, vel affini in primo, vel ſecundo gradu, & data opera nõ effundit

dit ſemen, ſed perficit actum vſque ad conſumationem, an incurrat caſum reſeruatum inceſtus.

R Eſpondetur incurrere ſecundum Graphium in caſu ſimili de ſodomita, vt dixi ſupra de ſodomia §. *petes* 5. §. *ſecus dici*.

Petes quintò, an qui ex ignorantia committit inceſtum, incurrat peccatum reſeruatum.

R Eſpondetur non incurrere peccatum inceſtus reſeruatum, ſi id fecit ex ignorantia facti, puta ſi quis inuincibiliter ignorauit eam eſſe conſanguineam, vel affinem. *Ita Homobonus part. 2. de caſibus*

re-

reſeruatis fol. mihi 315. vbi citat Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 15. n. 9. & lib. 9. diſp. 32. n. 44. & Clar. lib. 5. §. inceſtus verſic. excuſatur.

Petes ſextò, an incurrat peccatum inceſtus, qui cum ea concubuit, cum qua pater ſuus, aut frater ante fornicariè ſe polluit, & rem habuit cum fæmina.

RESpõdetur incurrere peccatum inceſtus, & conſequẽter reſeruationem. *ita Homobonus fol. mihi 314. Graphius de caſibus reſeruatis lib. 1. cap. 13. num. 32.*

Petes ſeptimò, an ebrius ſi rem habet cum conſaguinea, vel affini in primo, vel ſecundo gradu incurrat peccatum reſeruatum inceſtus

Re-

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Homobono fol. mihi* 315. *par.* 2. non incurrere, ſicut nec etiã amẽs.

Petes octauò, an per vnicum peccatum inceſtus, incurratur reſeruatio.

RESpondetur incurri per vnicum actum inceſtus reſeruationem, vt patet ex codice caſuum reſeruatorum, vbi nõ additur illa particula exercentes, ſicut in peccato ſodomiæ, ergo per vnicum peccatum incurritur reſeruatio.

Petes nonò, ſi inter coniuges orta eſt affinitas puta, quia vir ſororem, vel matrem ſuæ coniugis, vel pater extraxit filium

 ſuum

ſuum de fonte, vel illum tenuit in cõfirmatione; vel illum baptizauit abſque articulo neceſſitatis, puta mortis infanti, an incurrerit caſum reſeruatum, inceſtus.

R Eſpondetur *ex Graphio l. 1. cap. 13. num. 26.* incurrere caſum reſeruatum, quia coniux prædictus amittit ius petẽdi debitum: aduertit *Graphius*, quod Pater nõ committit inceſtum in articulo mortis ſui filij ſi eum baptizaret.

Petes decimò, an caſus reſeruatus inceſtus cõprehendat etiam aſcendentes conſanguineos per lineam rectam, vt Pater, Mater, Auus, vel Auia, vel proauia

RESpondetur ex DD. quos citat, & ſequitur *Graphius l. cit. nu. 29. 30. & 31.* includi in caſu reſeruato, nam in pænalibus fit extenſio ex maioritate rationis in his, quæ ſunt eiuſdem generis, vt patet *ex textu pænal. 14. q. 5.* & talis non dicitur extenſio, ſed magis incluſio, vt patet etiam *ex gloſa in cap. 1. de off. ordin. lib. 6.*

Quartus caſus eſt conſtat ex his formalibus verbis Confeſſarij quoq; etiam curati ad turpia, ſiuè obſcena filias ſpirituales, ſiuè quoſcunque ſibi confitentes, quamuis non immediatè poſt confeſſionem inducentes, vel ſollicitantes.

Digitized by Google

Sed petes primò, an requiratur ad hoc, vt Confeſſarius incurrat caſum reſeruatum copula conſumata, an ſatis ſit actus attentatus, & non completus.

RESpondetur ad incurrendum caſum reſeruatum, ſatis eſſe actum attentatum, aliquo actu exteriori à Confeſſario, etiam ſi effectus, ſeù copula non ſit ſecuta, vt patet ex textu ex illis verbis, inducentes, vel ſollicitantes. *Ita patet ex textu in cap. ſollicitatores de pænit. diſtin.* 1. *& l item apud Labeonem* §. *abduxiſſe ff. de iniuria, & docet Graphius de caſib. reſeruatis lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 35. Itaque ſufficit ad incurrēdum caſum reſeruatum, vt Confeſſarius verbis impudicis inducat pænitentem ad peccatum.

Digitized by Google

Petes ſecundò, an incurrat caſum reſeruatum, ſi non ſolum filias ſpirituales ſollicitat, ſed etiam adoleſcentem.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum, vt patet ex textu, ſcilicèt filias ſpirituales, ſiuè quoſcunque ſibi confitentes. Adde quod etiam ſi textus ſolum filias ſpirituales nominaret, etiam comprehendi maſculos. *Ita habetur ex ff. de legat. 2. l. ſi ita ſit ſcriptum, & expreſsè docet Graph. de caſibus reſeruatis lib. 2. cap. 12. num. 32.*

Petes tertiò, ſi Confeſſarius ſemel audiuit confeſsionem pęnitentis, & nunc non audit, an incurrat caſum reſeruatum ſi ſollicitat.

REſpondetur non incurrere caſum reſeruatũ, quia textus loquitur, quando ſollicitat pænitentem, ſed hæc modò non eſt pænitens ergo &c.

Præterea, ait litera caſuum reſeruatorum, vt in actu confeſſionis, vel immediatè, ideſt propè ait *Graph.n.36.* audiuit, non autem ſi quis confeſſionẽ pænitentis, elapſo multo tempore, v.g. audiuit anno præterito cõfeſſionem eius, & elapſo anno ſollicitet. *Ita Graphius l. cit nu.36.*

Petes quartò, Confeſſarius fuit vocatus à muliere ſub prætextu infirmitatis, quia volebat confiteri ſua peccata, fuit ab illa ſollecitatus, & metu, ne ab illa infamaretur, ſicut minabatur;

con-

conſensÿt actui, non inciderit in caſum reſeruatum.

R Eſpondetur *ex Graphio l. cit. num.* 38. non incurrere caſum reſeruatum, quamuis peccauerit mortaliter, nã potius debebat mortem pati, quàm tale peccatum cõmittere, vt patet *ex cap ſacris de his, quæ vi pęnitens.*

Petes quintò, an incurrat caſum reſeruatum confeſſarius, qui ſollicitauit pænitentem, & poſtea ſtatim pæniteat.

R Eſpondetur incurrere caſum reſeruatum, nã quod eſt factum nequit non fieri, vt patet *ex l. in bello §. factæ ff. de capt.* quandoquidem in malefi-

cijs non conſideratur perſeuerantia, ſed ſufficit, ſi adfuerit voluntas deliberata, etiam ſi incontinenti pœniteat. *Ita Turrecrem in cap. diuortium de penit. d. 1.*

Petes ſextò, Confeſſarius per viã maleficijs effecit, vt pænitens nimio capiatur amore carnali in ſeipſum, & ſic illum ſollicitet ad malum, an incurrat caſum reſeruatum.

RESpondetur incurrere caſum reſeruatum, & eſt valdè abſurdum dicere cõtrarium, *ita Graph. loc. cit. nu. 30.*

Petes

Petes ſeptimò confeſſarius poſt confeſſionem immediatè ſollicitat pœnitentem non per ſe, ſed per aliam perſonam, an incurrat caſum reſeruatum.

REſpondetur incurrere caſum reſeruatū, quia iuxta regulas iuris, qui per alium facit per ſeipſum facere videtur. *ita* Graph. *loc. cit ſed n. 30. in fin.*

Petes octauò, an ſufficiat vna ſollecitatio ad incurrendam caſum reſeruatum.

REſpondetur ſufficere vnicam ſollecitationē, quia vbi aliter expreſſum non eſt in iure, ſufficit vnicus actus ad incurrendam pęnam, neq; de hoc eſt dubitandum.

Digitized by Google

Quintus caſus conſtat ex his formalibus verbis; Medici accedentes ad viſitandos infirmos in lecto iacentes poſt tres dies à prima viſitatione, qui ſcire nō curauerint, quod dicti infirmi idoneo confeſſario peccata ſua confeſſi fuerūt.

Antequam perueniam ad explicationem huius caſus.

SCiendum eſt, quod Pius V. Anno Domini 1566. in quadam Bulla incipiens ſuper gregem, &c. præcepit, ne Medici vltra tertium diem viſitēt ægrotum, niſi de illius confeſſione ſibi conſtet per fidem cōfeſſionis in ſcriptis datam, & addit, vt ante gradum Doctoratus petatur ab illis iuramen-

tum

Digitized by Google

tum ſeruandi iſtam conſtitutionem, quæ conſtitutio renouata eſt *ex cap. cum infirmitas de pænit. & remiſſ.* vbi præcipitur Medicus, vt quando vocãtur ad curãdos ægrotos, priuſquam curationẽ corporis incipiat, eos moneat ad confeſſionem faciendam.

His poſitis.

Petes primò, an conſtitutiones Pontificiæ obligent Medicos ad id agendum in quibuſcunque morbis; ita vt ſemper monere debeant ægrotos de confeſſione.

RESpondetur *ex Nugno, Scortia, Suarez, Tabiena, Roſella, Angelo, Armilla, Vegba, & alijs teſte Diana 3. part. tract.*

4 *de ſacram. reſol.93.* dictas cõſtitutiones Pontiſicias non obligare medicos ad monendos ægrotos de confeſſione in quibuſcunque morbis, ſed in morbo graui, vel qui in principio prudenter iudicatur à Medico periculoſius, vt grauis efficiatur.

Neque obſtat iuramentum à Medicis præſtitum exequendi decreti præcepti à Pio V. quia conſtitutio prædiſta ſic eſt vſu recepta, nempe quando ægrotus graui morbo laborat, vel quando iudicatur à medico periculoſus, vt grauis efficiatur. *ita Scortia, Sanchez, & alij cit. à Diana l. citat* §. *dico* 5. ac proinde ſequitur quod ſi Medicus non tenetur monere ægrotum quando morbus non

eſt

eſt grauis, conſequenter non incurret caſum reſeruatum ſi non requiret ab ægroto confeſſionem; quia caſus reſeruatus non incurritur, niſi ob peccatum mortale.

Petes ſecundò, an quando tenetur Medicus monere ægrotum, & exigere ab illo confeſsionem, poſsit per alios id facere.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Graphio de caſib. reſeruatis lib. 2 cap. 26 nu.* 20. ſufficere ſi Medicus moneret ægrotum per conſanguineos, aut Parochum, vel eiùs confeſſarium. *vnde Caiet. cit. ab eodem Graphio ait*, quod conſtitutio Pij V. ſic eſt vſu

vtentium acceptata, nempè vt Medici per alios monerent infirmum.

Si conſtat Medico, quod talis monitio per alium ſit facta, etiam ſine mandato ſuo, Medicus liber erit ab obligatione monēdi. *ita Doctores teſte Graphio loc.cit.nu.23.*

Petes tertiò ſi ægrotus eſt in probabali periculo mortis conſtitutus, & medicus poſt factam monitionem conſtat ei non fuiſſe ægrotum confeſſum, an teneatur eum deſerere.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Diana, & teſte Graphio* nō teneri Medicum deſerere ægrotum ſi ſit pertinax in renuenda confeſ-

ſione,

Digitized by Google

ſione,& conſequenter nõ peccare, nec incurrere caſum reſeruatum, alij verò Doctores quos citat, & ſequitur *Graph. loc.cit.* docent teneri medicum deſerere infirmũ, ſi nolit confiteri.

Petes quartò, an ſit opus, quod Medicus exigat fidem confeſſionis in ſcriptis.

RESpondetur nõ eſſe opus id exigere, ſed ſufficere teſtimonium illorum, qui eius curam gerant, ſi ſint fide digni, imo talis poteſt eſſe infirmus, vt eius teſtimonium ſufficiat, nam ita conſtitutio Pij V. eſt vſu recepta, ita communiter affirmant Doctores apud *Sanchez loc.cit.§.dico* 5.

Nec

Digitized by Google

Nec peccat Medicus, qui ideo non monet, quia putat ægrotum eſſe in bono ſtatu, & probabiliter credit infirmum ſine monitione hoc facere, & ita poſſunt Medici excuſari, curando infirmos religioſos; nam ſi dicunt infirmarijs illos eſſe in probabili periculo mortis, vel actum eſſe de eis, videtur hoc ſufficere, cum credendum ſit infirmum ex ſe confiteri. Quod idem, quando de proximo infirmus Sacramenta ſuſcepiſſet, & ita perſeuerare crederetur in pura conſcientia vt quia per tres, aut quatuor dies Sanctiſſimum Euchariſtiã percepiſſet ante infirmitatem, *ita Graphius loc. cit nu. 26. c. 26. qui citat Sylu quamuis dicat Sylu.* melius eſſe monere, quia pro-

babile

babile eſt eum magis ex ſcientia mortis ſuæ, diſponere domui ſuæ.

Sextus caſus conſtat ex his verbis. Debitores Eccleſiarũ, Cappellarũ, Monaſteriorum, & piorum locorum, ſiuè admiſtratores dictorum, ſi infra menſem poſtquam fuerint requiſiti, etiam extra iudicialiter à Rectoribus, Procuratoribus, ſeù Adminiſtratoribus dictorũ locorum, redditus, ſiuè cenſus, prædictis locis non ſoluerint à Confeſſarijs non abſoluantur, ſed ipſorum abſolutionem nobis, & perſonis nobis deputandis reſeruamus.

Circa hunc caſum nihil mihi occurrit aduertendum, niſi quod quando debitor eſt verè impotens, & excuſatur à mortalil

Digitized by Google

rali,non incurret caſum reſer-
uatum,vt communiter docent
Doctores.

Septimus caſus conſiſtit in his verbis concubinarij abſolui non poſſint nobis inconſultis, & habita fortaſſe à nobis facultate non abſoluantur,niſi ſeſe continuerint per menſes duos, facta reali ſeparatione non modo thori,ſed etiam domus, ſeù habitationis loci.

Sed petes, quis dicatur concubinarius, ad hoc vt non poſsit abſolui à quolibet cònfeſſario carente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis.

RESpondetur concubinarium dici illum,qui rem habet cum fæmina ſoluta, vel
non

non ſoluta tenendo illam ad venerem modo vxorio. *Ita Toletus lib.* 1.*cap.*48.*num.*1.*Sylu. verbo concubinarius idem dicit; Bonacina tom.*1 *q.*4.*p.*14. dicit concubinatum eſſe frequentem, & conſuetam fornicationem cum eadem perſona, nec ſufficere ad concubinatum vnum, vel alterum actum fornicarium, ſed requiri conſuetudinem qua aliqui quodammodo ita cohabitant, ac ſi eſſent ſimul coniugati. *Filiuccius tom.*2 *tract.*30.*num.*55.ait concubinatum eſſe concubitum viri cum fæmina ſoluta, ſiuè coniugata, quam domi retinet, vel ſi in aliena domo habeat conſuetudinem cum ea ſe miſcendi.

Bernardus Diax cit. à Graph. de

de caſibus reſeruatis lib. 1 cap. 18 docet ſufficere ad concubinatum, vt ter, vel quatuor habeatur copula cum eadem fæmina *citat Gloſ. in cap. moſ. idem dicit Bald. in cap. cum Eccleſ.*

Verum ſi quis eodem die ter, vel quatuor rem haberet cum eadem fæmina, non ob id diceretur concubinarius, quia quæ de proximo fiunt pro eodem textu habētur. *ita Bart. l. de quibus, & ſequitur Graphiius loc. cit.* qui vnum aduertit dignum æterna memoria quoad concubinatum nō ſolum pluralitas copulæ cum eadem fæmina deſideratur modo explicato, ſed etiam neceſſarius eſt animus perſeuerandi in concubinato, quia concubinatus, animi deſtinatione conſtitui-

tur

rui,vt patet *ex l. penult. ff de concubin. vbi etiam Gloſſ. affirmat.*

Vnde ſic ait *Graphius loc. cit.* quod ſi aliquis confiteatur ſe ſemel concubuiſſe cum muliere cum animi deſtinatione, hoc eſt eo animo, vt inter ſe viuant concubinario more, non propterea dicitur concubinarius, quia præter animum requirũtur plures vices, & è contra ſi pluries conſueuiſſet ex fragilitate, aliquã carnaliter cognoſcere non eo propoſito, vt illa ſit concubina, conſequenter non incurreret caſum reſeruatum. In foro conſcientiæ an habuerit, vel non habuerit hunc animum, ſtatur ſuæ confeſſioni tam pro ſe, quam contra ſe. *ita Gloſa in cap. placuit de pœnit. & c. ſi vero de ſent. excom.*

Ex

Ex his.

COlligitur primò, quod ſi quis abutitur maſculo, & cum illo habitet tenẽdo illum ad venerem non dici concubinarium, vt communiter docẽt Doctores, & præſertim *Domin. Ricciullus de ſtatu reprobo lib. 3. cap. 1. nu. 13.*

Colligitur ſecundò, neque eſſe concubinarium ſi quis teneret fæminam ſolùm ad deoſculandum abſq; copula.

Secus eſt dicendum ſi haberet cum fæmina pollutiones extra vas, vel cognoſceret eam in vaſe præpoſtero, nempè eſſe concubinatum, & incurrere caſum reſeruatum, ſi pluries rem haberet cum illa, & cum animi deſtinatione, vt ſupra dictum eſt. *Graphius lib. 1. cap. 4.*

regul.

regul.6.ex cit.text in cap. pænalè q.5. quia atrociores caſus includit reſeruatio, quando ſunt eiuſdem generis, vt eſt pollutio,& caſus ſodomiticus.

Sed vnũ aduerto quantum ad caſum concubinatus, quod licèt confeſſario conſtiterit pœnitentem per menſes duos ſeorſum à concubina vitam egiſſe, non tamẽ poteſt abſoluere concubinarium ſine licentia ſuperioris, vt patet ex Codice caſuum reſeruatorum, ſcilicèt ex illis verbis, & habita fortaſse à nobis facultate, non abſoluantur, niſi ſeſe cõtinuerint per menſes duos.

Octauus caſus conſiſtit in ſequentibus verbis. Conficiẽtes venena in perniciem hominum, etiam effectu non ſecuto.

Digitized by Google

cuto. Non indiget explicatione, quia textus eſt clarus.

Nonus caſus conſtat ex formalibus verbis. Confeſſarij omnes, etiam Regulares, qui publicorum peccatorum, hoc eſt concubinariorum, vſurariorum, & ſimilium ægrotantium confeſſiones audierint, ſi eoſdē iuxta regulas ſacrorum canonum abſoluerint, dimittant domi, ſeù tranſmittat ad Parochum teſtimonium de eadem abſolutione, ad hoc, vt illis alia ſacramenta congruè miniſtrentur, ſub pęna ſuſpenſionis ipſo facto ab audiendis confeſſionibus, donec examinentur.

Circa hunc caſum ad hoc, vt confeſſarius incurrat ſuſpēſionem ab audiēdis confeſſionibus.

Digitized by Google

nibus. Primò requiritur, vt peccatum confitentis ſit publicum. Secundò, vt pœnitens ſit ægrotus. Vnde ſi peccatum eſt occultum, nō tenetur confeſſarius monere Parochum de confeſſione, & ſi peccatum eſt publicum pœnitentis, ſed penitens non eſt ægrotut; neq; etiam tenetur mittere Parocho teſtimonium de eius abſolutione, vt patet ex litera caſuum reſeruatorum.

Sed petes primò, ſi Confeſſarius ob naturalem obliuionem non mittit Parocho teſtimonium de abſolutione ægroti publici peccatoris, an incurrat ſuſpenſionem ab audiendis confeſſionibus.

Re-

RESpondetur non incurrere, quia vbi non eſt culpa neq; debet eſſe pæna, vt communiter docent Doctores, ſed in caſu noſtro non adeſt culpa, ergo neque etiam debet eſſe pœna.

Petes ſecundò, ſi publicus peccator tempore ſanitatis confeſſus fuit ſua peccata, & poſtea ægrotat, ſi iterum vult confiteri quando actu eſt infirmus, an teneatur confeſſarius monere Parochum de eius abſolutione.

REſpondeo non teneri, quia nunc confeſſàrius non excipit confeſſioné peccatorum publicorum tempore infirmitatis pęnitentis, cùm iam peccata publica fuerint abſoluta

in

in tempore quo erat ſanus pę-
nitens. Ratio mihi eſt, quia textus loquitur, quando excipit Confeſſarius confeſſionem ægroti peccatorũ publicorum, quod in caſu noſtro ceſſat, quia illa peccata publica fuerunt abſoluta, in tempore, quo pænitens habebat ſanitatem, vt ſuppono, ergo quando audit confeſſionem ægroti non audit confeſſionem peccatorum publicorum, vt ſuppono.

Denique aduertendum eſt, quod pueri, & puellæ ante annos quatuordecim completos non incurrunt caſus, & cenſuras reſeruatas, vt patet ex Codice caſuum reſeruatorum.

QVÆRITVR I.

An quando caſus eſt dubius, cenſendus ſit reſeruatus.

RESpondetur *ex Finello de caſibus reſeruatis cap. 3. nu. 26. in fine Emmanuel Sa verb. caſus nu. 6. Homobonus de caſibus reſeruatis part. 3. exceptione* 8. & eſt communis Doctorum ſententia, quod in dubio caſus reſeruatus non eſt.

Sed alij Doctores, teſte Finello docent oppoſitum, nempè caſum dubium eſſe reſeruatum.

QVÆRITVR II.

An peccata mortalia interna poſſit reſeruari, an verò etiã poſſint reſeruari peccata venialia.

Ad

Ad primum.

RESpondetur ex communiſſima ſententia, *teſte Homobono de caſibus reſeruatis part.* 1. *fol. mihi* 45. ſola peccata externa ſub reſeruationem cadere, vt patet ex communi proloquio, Eccleſia de occultis, & internis actibus non iudicat, ſed illos relinquit Dei iudicio, qui ſolus cordium, & Renum eſt ſcrutator 1. *Reg.* 16. *idem docet Finellus de caſibus reſeruatis fol. mihi* 26.

Vnde

INferunt Doctores, hæreticum verum, & perfectum, ſed purè mẽtalem excommunicationẽ non incurrere, neq; reſeruationem, ac proinde à quolibet confeſſario approbato abſolui poſſe. Verũ ſi actus

quiſpiam exterior ex ſua hæreſi prodierit, quantumuis occultus fuerit, veluti ſi hæreſim occultè ſcripſerit, vel quemuis docuerit, incidere in excõmunicationem Bullæ Cœnæ, ita Doctores. *teſte Homobono l.cit.*

Non negatur, quod Prælatus ſuis Confeſſarijs non poſſit prohibere abſolutionem de peccatis internis, vt docet *Soto in 4. diſt. 8. q. 2. art.* 5. ſed iniquè faceret, *ait Finellus loc. cit* reſeruando peccata interna, tùm propter frequentiam peccatorũ mentis, tùm etiam propter difficultatem illa diſcernendi.

Ad ſecundum

RESpõdetur ex communiſſima DD. ſententia, *teſte Finello de caſibus reſeruatis fol. mihi* 28 *nu.* 6. non poſſe fieri reſeruan-

ſeruationem de ſolis veniali-bus, quia venialia non tenemur fateri, ita etiam *docet Homobonus de caſibus reſeruatis par.* 1.*fol.mihi* 41. Vnde ſi v.g. homicidium eſſe reſeruatum, & tamen qui illud committeret excuſaretur à mortali, non autem à veniali propter indeliberationem actus &c. non incurreret reſeruationem, quia reſeruatio non fit de veniali culpa, ſed tantum de mortali, & ita affirmat communis ſententia DD. *teſte Homobono loc. cit.*

QVÆRITVR III.

Titius commiſit multa peccata peccata mortalia rèſeruata, ſed ratione ignorantię inuincibilis, vel quia non conſensÿt delibe-

ratè ex plena, ac ſufficienti aduertentia intellectus, ad mortale, fuit excuſatus à mortali, an inciderit in caſum reſeruatum, ita vt non poſsit abſolui à quolibet confeſſario approbato, carente facultate abſoluendi à reſeruatis.

Antequam reſpondeam.

SVppono primò ex communi DD. ſententia *teſte Sanchez in ſumma lib. 1 cap. 16. num.* 33. nõ poſſe dari ignorantiam inuincibilẽ circa prima principia iuris naturæ per ſe nota. Qualia ſunt, bonũ eſſe faciendum, malum euitãdum. Quod tibi non vis alteri ne feceris, *& Valentia* 1. 2. *diſp.* 6. *q.* 6. *p.* 1. *corollar.* 7. addit, neq; dari poſ-

ſe

Digitized by Google

ſe ignorantiam inuincibilem, de aliquibus præceptis Decalogi, vt Deum eſſe colendum, & parentes honorandos.

Suppono ſecundò, *cum Corduba, & Vaſquez cit. Sanchez loc. cit.* de alijs præceptis Decalogi dari poſſe ignorantiam inuincibilem, quæ apparenter veſtita ſunt ratione boni, vt furtum licere ad nō erogandam eleemoſynam, vel periurium ad propriam, vel alienam vitam tuendam addit *Sanchez loc cit.* probabilius eſſe, etiam de actibus internis dari poſſe ignorantiam inuincibilem, vt ſi ruſticus putet intellexiſſe à viro docto fornicationē, vel actuale furtum eſſe peccatum, non autem deſiderium furandi, vel fornicandi.

Notant *Layman*, *&* *Sanchez cit. à Diana 3. par. tract. 4. de Sacram. reſol.* 108. quod de pollutionibus voluntarijs poteſt dari ignorantia inuincibilis.

Addit *Filiuccius tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 2. *n.* 50 poſſe dari ignorantiam inuincibilem de fornicatione, ſaltem apud gentes deſtitutas doctoribus. *ita etiam docet Azor. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *& citat Sotum.*

Apud Chriſtianos degentes in Ciuitatibus, & oppidis, in quibus fiunt conciones, &c. vix credibile eſt poſſe dari eiuſmodi ignorantiam, *vt ſentit Azor. Sylu. & Nauar. cit. à Filiuc.*

Fatendum eſt facilius ignorari poſſe fornicationem cum meretricibus expoſitis non eſſe peccatum, quàm cum muliere

liere vaga. Multi enim vulgares homines ſunt, qui neſciunt diſtinguere inter peccata permiſſa, & non prohibita quo ad pœnam, non quo ad culpam, ex eo quod non punitur fornicatio ſimplex, ſed impunè permittuntur meretrices, putant non eſſe peccatum ad eas accedere, quod eſt falſum, ac hæreticum.

Addo quod etiam aliquando in ciuitatibus magnis apud vulgares homines poteſt dari ignorantia inuincibilis, quod rem habere cum ſponſa non ſit peccatum, etiam ſi nõ contrahatur matrimonium coram Parocho, & teſtibus iuxta præceptum Sacri Cõcilij Tridentini, putant enim ex ſponſalibus initis copulam cum

ſponſa eſſe licitam, quod eſt hæreticum.

Suppono tertiò, ad committendum læthale peccatum non ſolum requiritur notitia obiecti mali perfectè, ac plenè conſiderari ſub ratione aduerſante rectæ rationi, ſed etiam requiritur plenus conſenſus voluntatis, quando obiectum propoſitum ab intellectu eſt repreſentatum voluntati ſub ratione mali illiciti, non tamen eſt neceſſarium ad committẽdum peccatũ mortale, vt ſpecialiter aduertat malitiam eſſe mortalem, ſed ſufficit, vt voluntas amplectatur obiectũ perfectè repreſentatum ab intellectu potens illud reſpuere. ita Doctores communiter, vt docui *in praxi Confeſſariorum 2. edit. fol.* 15. *&* 16.

His poſitis

RESpondeo non incurrere peccatum mortale, neque reſeruationem, & conſequenter abſolui poteſt à quocunq; confeſſario approbato, etiam ſi careat poteſtate abſolendi à reſeruatis, tùm quia reſeruatio ſit ſolum de mortalibus, vt ſupra dixi, *& docet Sylu. verb. caſus q.*5 *Henriquez lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 6. & eſt communis Doctorum ſententia, tùm quia de peccatis venialibus non adeſt præceptum, vt clauibus ſubijciantur, vt communiter affirmant Doctores.

Digitized by Google

QVÆRITVR IV.

Titius commiſit peccatum anne. xum cenſuræ, ac reſeruatum, & deinde celebrauit, an inciderit in irregularitatem ſi fuit excuſatus ab incurſu cenſuræ.

Antequam reſpondeam.

SVppono ex communi Doctorum ſententia *à me cit. in praxi confeſſariorum 2. edit. fol.* 36. 37. 38. & 39. quod ignorantia inuincibilis cẽſurarum, etiam ſi ſciatur peccatum mortale excuſat ab incurſu cenſurarum, & hoc non ſolum intelligitur reſpectu excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, ſed etiam reſpectu irregularitatis, quoties hæ pœnæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt impoſitæ ob delictum, nẽpè non incurri has pœnas. Secus ſi hæ pænæ, & præſertim irregularitas proueniret ex defectu lenitatis, vel canonicì impedimenti, nam tunc ſine culpa poteſt quis incidere in irregularitatem, vt patet in iudice qui condemnat reum ad mortem.

Addit *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 32. num. 29. & 31. cum DD. à ſe cit.* quod ſi ignorantia fuit vincibilis facti, vel iuris imponentis cẽſuras, licèt aliàs factum ſit damnatum, excuſat à pænis ſupradictis, nimirum ab incurſu excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, ac irregularitatis, ſi irregularitas prouenit ex delicto, vt ſupra dictum eſt.

His

His poſitis.

RESpondeo ſi inuincibiliter ignorauit fuiſſe annexũ cenſuræ illud peccatũ mortale quod commiſit, non incidit in irregularitatem, ſi celebrauit quia ſi non incurrit excommunicationem non violauit cenſuram, & conſequenter non incurrit irregularitatem, licèt peccauerit mortaliter cõmittendo illud peccatum, & aliud peccatum commiſit, dum celebrauit in peccato mortali.

Addo, quod ſi quis, etiam non erat inſcius cenſuræ, licèt inciderit in excommunicationem, ſi tamen inuincibiliter ignorabat incurrere irregularitatem ſi eam violaſſet, non incurrere irregularitatem, licèt peccauerit mortaliter, tùm

com-

committendo peccatum, tùm celebrando abſque abſolutione à peccato, ac ab excommunicatione; ratio eſt, quia ignorantia inuincibilis irregularitatis excuſat ab eius incurſu, quaudo prouenit ex delicto; vt dictum eſt ſupra, ergo.

Fateor verò multos Doctores aſſerere incurrere cẽſuram eum qui ſcit peccatum, & neſcit eiuſmodi pœnam, & illud committit, quia ſciens, & prudens rem illicitam committit. *ita gloſa in cap. à nobis de ſentent. excomm. Scoto 4. ſent. diſt. 6. q. 8. Couarr. cap. alma mater 1 part. §. 10 & hunc aſſerit Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2.* eſſe probabilem ſententiam, pro eadem ſententia faciunt alij vniuerſaliter docentes incurrere pœnam ſta-

ſtatuti qui rem illud interdictam, ſtatuti ignarus admittit. *hi ſunt Bart. l. 1. nu. 21. C. de ſumma Trinit. & Bald. ibi nu. 22. & plerią; alij cit. à Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 32. nu. 7.*

QVÆRITVR V.

An Confeſſarius facultatem non non habens, poſſit prius à non reſeruatis abſoluere, & pro reſeruatis mittere pœnitentem ad ſuperiorem.

RESpondeo ex communiſſima Doctorum ſententia, & præcipuè *Suarez to. 4. 3. p. diſp. 31. ſect. 3.* id poſſe fieri cum cauſa rationabili. Cauſæ verò rationabiles, remittuntur ſecundum arbitrium prudentis con-

confeſſarij, v. g. ſi ſacerdos eſt celebraturus, & commodè nõ poteſt adire ſuperiorem, nec differre poteſt abſque aliqua nota ſcandali, vel famæ propriæ ſacrificium; vel quando eſſet perturbatio populi expectantis ſacrum faciendum, vel ſi puellæ debent communicare cum matre, vel famulæ cum Domina.

Addit *Suarez loc. cit. cum Angelo, & Medin.* quod etiam ſi peccatum reſeruatum ſit annexum excõmunicationi poteſt inferior cõfeſſarius abſoluere à non reſeruatis, & circa illud reſeruatum annexum excommunicationi, mittere pęnitentem ad ſuperiorem, ad finem, vt abſoluatur etiã ab illo, modò concurrat cauſa euitandi ſcan-

Digitized by Google

ſcandali, vel infamiæ.

Notant Doctores communiter, quod quamuis confeſſarius in hoc caſu abſoluat tantum à non reſeruatis, debet tamen audire omnia, etiam reſeruata, vt cõfeſſio dicatur integra ex parte pœnitentis, quamuis ipſe reſeruata non abſoluat.

Aduertit *Nauar. in ſumma cap. 25. nu. 6.* quod confeſſarius ſupradictus non debet dicere abſolutè, abſoluo te ab omnibus peccatis mihi cõfeſſis, ſed cum limitatione, exceptis tali, & tali. Sed mihi videtur ſufficere, ſi intra ſe habeat ſacerdos talẽ intentionẽ abſoluendi tantum à non reſeruatis, nec eſſe opus, vt explicet in abſolutione, exceptionem à tali, vel tali

tali reſeruato à quibus non abſoluit, quia non habet facultatem.

Aduertit idem *Nauarr. l. cit.* quod ſuperior tantum tenetur audire reſeruatum, & illud abſoluere. *ita etiam docet Emanuel Sa verb. abſolutio nu. 24.*

Sed difficultas eſt, an extra neceſſitatem, vel rationabilem cauſam poſsit confeſſarius prius à non reſeruatis abſoluere, & pro reſeruatis pœnitentem ad ſuperiorem mittere.

RESpondent *Henriquez lib. 1. nu. 7. & lib. 8 nu. 80. Suarez diſp. 31. ſect. 2. Conninckus diſp. 7. dub. 9. nu.* 103. *Vaſq. q. 91 art. 3 dub. 9. nu. 6.* & pleriq; alij ſine cauſa hoc fieri non poſſe.

Sed

Sed *Nauar. in ſumma cap. 26. nu. 6. & de pænit. diſt. 5. §. cautus num. 12. Caiet. in ſumma verb. confeſsio condit. 10. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 11. punct. 1. Emanuel Sà verbo abſolutio num. 24. Zerola de pænit. cap. 13. q. 13. verſ. 3. Sayr. de pœnit. cap. 16. nu. 7. Medin. de confeſſ. q. 12. Sot. in 4. diſt. 18. q. 2. artic. 5. Tolet lib. 3. cap. 8. num. 3. Durand. in 4. diſt. 16. q. 15. Lopez 1. p. cap. 26. 27.* & plerique alij apud prædictos Doctores docent hoc poſſe fieri ſine cauſa. Sed omnes concludunt non poſſe confeſſarium ſine cauſa abſoluere peccatum reſeruatum annexum excommunicationi, ſed tantum poteſt confeſſarius, carens facultate abſoluendi à reſeruatis, peccata ſine excõmunicatione abſoluere

uere, & circa reſeruata mittere debet pænitentem ad ſuperiorem, vt tantum à reſeruatis recipiat abſolutionem. *ita Tolet. loc. cit.* Secus eſt dicendum quando adeſt cauſa rationabilis, vt ſupra dictum eſt. nempè etiam ſi reſeruata ſint annexa excommunicationi, poſſe ſimplicem, ac inferiorem confeſſarium ſolum à non reſeruatis abſoluere, & circa reſeruata, ac annexa excommunicationi tenetur mittere pœnitentem ad ſuperiorem.

QVÆRITVR VI.

Vtrum ſuperior confeſſarius poſsit audire, & abſoluere ſacramentaliter tantum peccata reſeruata, & circa non reſeruata

mitte-

mittere pænitentem ad inferiorem confeſſarium, vt abſoluat à non reſeruatis.

Reſpondetur *ex Caietano verb. confeſsio conditione* 10 hoc poſſe fieri, & dicit eſſe cõſuetudinem Sãctæ Matris Eccleſię, nec oportet ſapere pluſquam ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Hæc ſunt formalia verba Caietani. *Idem docet D. Anton. Paludan Richard. Nauar. & alij cit. à Suarez tom 4. 3. par. diſp. 31. ſect. 1. Sotus verò deſiderat rationabilem cauſam.*

Suarez autẽ cum alijs DD. à ſe cit. docet per ſe loquendo hoc non poſſe fieri, nempè ſuperiorem poſſe abſoluere ſolum à reſeruatis, & circa non reſeruata mittere pęnitentem

ad

Digitized by Google

ad inferiorem confeſſarium, ad hoc, vt à non reſeruatis abſoluat.

QVÆRITVR VII.

Epiſcopus conceſsit abſolutionem à caſibus, & cenſuris ſibi reſeruatis cuidam confeſſario, an poſsit extra confeſsionem abſoluere tantum excommunicationem in foro conſcientię abſq; eo, quod abſoluat ſacramentaliter peccatum annexum cenſuræ.

RE ſpondetur non poſſe abſoluere cenſuram extra ſacramentum, uiſi habeat ſpecialem facultatem ab Epiſcopo, nempè abſoluendi ab excommunicatione extra ſacramen-

mentum, ac non audita confeſſione. Ratio mihi eſt, quia ſolum habentes poteſtatem ordinariam ſupra cenſuram poſſunt abſoluere eam extra ſacramentum, vt communis DD. ſententia eſt *Mancino pract. 4. fol. mihi 93. nu. 4. dub. 34* ego conceſſa facultate ſuper caſibus, & cenſuris, non cenſetur conceſſa falcultas abſoluendi ab excommunicatione extra ſacramentum pænitentiæ, ac non audita cõfeſſione. Confeſſores verò regulares putat P*ortel. fol. mihi* 170. *num.* 31. poſſe abſoluere à cenſuris extra ſacramentum pœnitentiæ.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR VIII.

An confeſſarius teneatur credere pęnitenti aſserenti ſe facultatem habere à ſuperiore, vt à reſeruatis, & cēſuris abſoluatur.

RESpondetur affirmatiuè: & ratio eſt quia ſicut pœnitenti credendum eſt ſe commiſiſſe ea peccata, quæ confitetur; cur non etiam ei credendum erit ſe facultatem habuiſſe, vt aſſerit? Quare ergo ei malum potius quod confitetur credendum eſt, quàm bonum, quod affirmat?

Si verò cenſura erit publica, ſeù deducta in iudicio; debet pœnitens in ſcriptis ſuperioris facultatem afferre. *ita Silu. verb. confeſſ. 1. q. 17. in fine, Poſſeuin. c. 7. nu. 31. & alij.*

QVÆRITVR IX.

Vtrum exccmmunicatio maior nulli reſeruata, ſiuè ſit à iure, ſiuè ab homine, ac etiam Pontificia, poſſit à quolibet approbato confeſſario abſolui in foro conſcientię, ac ſacramentaliter.

RESpondetur affirmatiuè: nam cùm ſuperior ſibi nõ reſeruat, omnibus confeſſarijs licentiam concedere videtur, *ita Nauar. cap. 27. nu. 39. Emanuel Sa verb. abſolutio, tit. abſolutio ab hæreſi nu. 5. Tolet. lib. 1. c. cap. 17. num. 4.* & eſt communiſſima DD. ſententia: hoc intelligitur quoad forum cõſcientiæ, non quoad forum externũ *vt ait Panorm cit. à Nauar l cit.* Hoc etiã intelligitur non ſolũ re-

reſpectu excommunicationis, ſed etiam reſpectu ſuſpenſionis, ac interdicti, nempè poſſe abſolui à quolibet confeſſario, quando non eſt reſeruata. *ita Suarez tom. 5 3. p. diſp 7. ſect. 3. nu. 2. limitat Suarez* quoad ſuſpenſionē, ac interdictum, niſi vbi aliqua ratio ſpecialis occurrerit, nempè abſolui non poſſe, etiam ſi non ſit reſeruatum, ſed regulariter poteſt abſolui ā quolibet approbato, quando ſuperior non ſibi reſeruat.

QVÆRITVR X.

Epiſcopus conceſsit facultatem abſoluendì cuidam confeſſario ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, an poſsit confeſſarius, etiam

abſoluere à cenſuris reſeruatis Epiſcopo.

RESPONDETUR non poſſe, abſoluere à cenſuris, quia appellatione caſuum, non veniunt cenſuræ, quoniam à diuerſis non fit illatio, vt patet *ex l. Papinianus ff. de minoribus, & docet Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat.* 52 *nu.* 5. & eſt communis DD. ſententia. Nec concedendo quod poſſit abſoluere à caſibus, & cenſuris, concedit abſolutionem, vel diſpenſationem votorum, aut irregularitatum.

Nec ſi Epiſcopus concedat alicui omnẽ ſuam facultatem, & auctoritatem ad audiendas confeſſiones, videtur ideo cõcedere caſus ſibi reſeruatos,

quia

Digitized by Google

quia peccata reſeruata non veniunt ſub generali cōceſſione. ita totum referunt *Nauar. in ſumma cap. 23 nu 261. Lelius Zecch. tract. de caſib. Epiſc. reſeruat. Gamb. de caſib. Papę reſeru. cap. 2. nu. 22 & Barboſa de poteſt. Epiſc. allegat. 52. nu 6.*

QVÆRITVR XI.

Coofeſſarius cui facultas data fuit abſoluendt à caſibus reſeruatis ſimpliciter, an poſsit abſoluere à præteritis, & futuris.

RESpondetur *ex Barboſa l. cit. nu 9.* affirmatiuè, nempè poſſe abſoluere à pręteritis, & futuris; *iuxta regulam l. de pretio ff. de public. in rem act.* idē dicitur quādo confeſſario fuit

concesſa licentia pro aliqua tantùm perſona, nempè poteſt eã abſoluere à reſeruatis, quæ poſt licentiam habitam, etiam commiſit pro prima vice tantùm. Secus vero ſi licentiam petijt, vt abſolueret quẽpiam à caſibus, in quos incidit, quia hìc caſu à cõmisſis ſolùm poteſt abſoluere, non autẽ quod ab ijs, quos deinceps commiſit. Si verò licentia fuit petita à pœnitente, vt abſolui posſet à reſeruatis, tũc à præteritis tãtùm abſolui poterit, niſi etiam expreſse concedatur, vt abſolui posſit, etiam ſi deinceps in huiuſmodi peccata incideret. *ita Vgolin. quem citat, & ſequitur Barboſa l. cit. num. 9.*

QVÆ-

QVÆRITVR XII.

Epiſcopus conceſsit licentiam cuidam confeßario, vt abſolueret à caſibus quos ipſemet Epiſcopus reſeruauit, an intelligatur conceſſa licentia abſoluendi à caſibus iure canonum ipſi Epiſcopo reſeruatis.

RESpondetur non intelligi conceſſam licẽtiam abſoluendi à caſibus iure canonum Epiſcopo reſeruatis, niſi ſpeciatim facultatem conceſſiſſet Epiſcopus abſoluẽdi, etiã à caſibus,&cẽſuris iure canonũ ipſi reſeruatis. *ita Vgolin. quem citat, & ſequitur Barboſa l cit nu.* 10.

Sed Neapoli videtur eſſe conceſſa huiuſmodi facultas omnibus confeſſarijs, nempè

vt poſſint abſoluere ab omnibus caſibus , & cenſuris , & iure canonum Epiſcopo reſeruatis, vt patet ex codice caſuũ reſeruatorum . Hæc ſunt formalia verba.

Declarantes, quod exceptis excommunicationibus, vt ſupra nobis reſeruatis, Parochi, & omnes ſacerdotes ſeculares ſiuè regulares à nobis, ſiuè à noſtro Vicario Generali approbati, ſiue approbandi, audita integra confeſſione, abſoluere poſſint, & valeant ab omnibus alijs cenſuris à ſynodalibus, ſeù edictalibus ſtatutis, vel de conſuetudine nobis, & ordinario loci, ſeù Archiepiſcopo Neapolitano, quouis modo reſeruatis, etiam ſi alia foręt, quæ ſpecialẽ requirerẽt facultatem.

QVÆ-

QVÆRITVR XIII.

Si caſus reſeruati ſunt conceſſi, vt abſoluantur cum aliquibus limitationibus, an ſint obſeruandæ ita vt ſi non obſeruentur ſit inualida abſolutio.

RESpondetur, quando Epiſcopus concedit alicui facultatem abſoluendi in ſpecie ab aliquo peccato ſibi reſeruato, & committit nudam abſolutionem, ſiuè nudum miniſterium abſoluendi cum hac, vel tali moderatione, modo, vel ſatisfactione, is modus omninò ſeruãdus eſt, aliàs abſoluẽs nihil agit, cùm limitata cauſa, limitatũ producat effectũ, vt patet *ex l. in agris ff. de acquir. rerũ dom. & fines mandati ſunt dili-*

 genter

vt poſſint abſoluere ab omnibus caſibus , & cenſuris , & iure canonum Epiſcopo reſeruatis, vt patet ex codice caſuũ reſeruatorum . Hæc ſunt formalia verba.

Declarantes, quod exceptis excommunicationibus, vt ſuprā nobis reſeruatis, Parochi, & omnes ſacerdotes ſeculares ſiuè regulares à nobis, ſiuè à noſtro Vicario Generali approbati, ſiue approbandi, audita integra confeſſione, abſoluere poſſint, & valeant ab omnibus alijs cenſuris à ſynodalibus, ſeù edictalibus ſtatutis, vel de conſuetudine nobis, & ordinario loci, ſeù Archiepiſcopo Neapolitano, quouis modo reſeruatis, etiam ſi alia foret, quæ ſpecialē requirerēt facultatem.

QVÆ-

QVÆRITVR XIII.

Si caſus reſeruati ſunt conceſsi, vt abſoluantur cum aliquibus limitationibus, an ſint obſeruandæ ita vt ſi non obſeruentur ſit inualida abſolutio.

RESpondetur, quando Epiſcopus concedit alicui facultatem abſoluendi in ſpecie ab aliquo peccato ſibi reſeruato, & committit nudam abſolutionem, ſiuè nudum miniſterium abſoluendi cum hac, vel tali moderatione, modo, vel ſatisfactione, is modus omninò ſeruãdus eſt, aliàs abſoluẽs nihil agit, cùm limitata cauſa, limitatũ producat effectũ, vt patet *ex l. in agris ff. de acquir. rerũ dom. & fines mandati ſunt dili-*

genter obſeruandi. l. diligenter ff. mandati ita Graphius, Zecchi, & Gambacurta, quos citat, & ſequitur Barboſa de poteſtat. Epiſcopi allegat. 52. nu. 1.

QVÆRITVR XIV.

Quidam homo ſubiecit peccata ſua ſũmo Pęnitentiario, ſed ob obliuionem, vel inaduertentiã, ſeù inſcitiam, omiſit confiteri aliquid, quod reſeruatum erat ſuperiori, vel omiſit aliquam cenſuram reſeruatam, an quando memoriæ occurrit peccatum, vel cenſura reſeruata, poſsit abſolui à quocunque inferiori confeſſario carente facultate ſuper reſeruatis.

Re-

RESpondetur *ex Adriano in 4.q.4 col. 10. de confeſſ. Paludan Sylu. & Gabriel quos citat & ſequitur Nauarr. cap. conſideret §. cautus nu* 30 poſſe abſolui à quocunque inferiori confeſſario carente facultate abſoluendi à reſeruatis.

Limitat *Nauar.* quò ad cenſuras, nempè quando confeſſarius pœnitentiarius impendit abſolutionem à cenſuris ſub conditione in quantum poſſum, & tu indiges, tunc eſſe veram doctrinam, vt communiter hæc abſolutio à cenſuris ab omnibus confeſſarijs præmitti ſolet, antequam peccata abſoluant.

Sed *Palud. relatus à Nauar. l. cit.* ait quod etiam inferior Confeſſarius poteſt abſoluere

à peccato reſeruato cenſuræ annexo, quamuis ſuperior cõfeſſarius expreſsè non abſoluerit à cenſuris, ſed tantum dixit abſoluo te, ſi modo id recta intentione dixiſſet, & ſubiuncit *Nauar l cit. hæc verba*. Rectam verò intentionem illam arbitror eſſe, qua confeſſarius abſoluere proponit à neceſſarijs, qualem puto, inquit, idem *Nauarr.* vel expreſſam, vel virtualem omnes habere confeſſarios.

Hinc.

DEducirur, quando quis lucratus eſt Iubileum, & confeſſus eſt, ſi tranſacto iubileo recordetur alicuius peccati reſeruati, poſſe à quocunque confeſſario carente poteſtate abſoluendi à reſeruatis, abſolui,

ui, vt ait *idem Nauarr. l. cit cum DD. à ſe cit. & docet etiam Zerola in praxi de pœnitentia cap. 13. q. 18. & 20. hæc doctrina, ait Nauar. eſt digna perpetua memoria.*

QVÆRITVR XV.

Si quis habens decem cenſuras, vel totidem irregularitates facit ſe abſoluere, vel diſpenſare ab octo, vel nouem, & poſtea recordatur fuiſſe decem, an teneatur adire ſuperiorem pro abſolutione, vel diſpenſatione reliquarum duarum.

RESpondetur ſi ſolum ſe fecit abſoluere ab illis octo, vel nouem ſignanter, tenetur adire ſuperiorem pro abſolutione, vel diſpenſatione reli-

reliquarum, ſed ſi ſe fecit abſoluere ab illis octo, vel nouē ſignanter, & alijs, & quibuſcūque quas fortè haberet, vel dubitaret ad cautelam, tunc non tenetur adire ſuperiorem, neq; procurare abſolutionem, quia in illa generali abſolutione comprehenduntur reliqua. *ita Gloſa in Clement. 2. in verbo expreſſ. de preb. Gomez q. 2. de Gomez q. 2. de trien. poſſeſſ Sylu. Angel. & Nauar cit. à Zerola de penit. cap. 13. q. 20.*

QVÆRITVR XVI.

Epiſcopus conceſsit Penitentiarijs ſuæ Eccleſiæ omnes caſus, & cenſuras ſibi reſeruatas, an poſsit Penitentiarius commutare, etiam vota.

Re-

RÉſpondetur non poſſe commutare vota huiuſmodi pœnitentiarium, quia poteſtas conceſſa quò ad peccata, non intelligitur quò ad commutationẽ votorum, cùm hæc ſit diuerſa, & ſeparata, vt patet *ex l. Papinia. §. exuli ff. de minor. ita Sylu. verb. votum 4. & Graphius de caſib. reſeruat. lib. 2. cap. 43. nu. 16.*

QVÆRITVR XVII.

An vota de rebus impoſsibilibus, aut ſtultis, ligent vouentem, & quid poteſt facere confeſſarius inferior carens poteſtate commutandi vota.

REſpondetur vota rerum impoſſibilium, aut ſtultorum,

tum, vel quæ ſcandalum, aut indecentiam cauſarent, vel ſuperſtitionem potius quàm vtilitatem aliquam redolerent non ligant, vt ſi quis voueret vna die ire Hieruſalem à Neapoli, vel alere omnes pauperes Ciuitatis, cùm ipſe pauper ſit, vel qui, aut quæ voueret nudus omninò adire Sanctã Mariam Conſtantinopolis, aut nõ manducare capita arietum, vel auium in honorem decapitationis Sancti Ioannis Baptiſtæ? nempè non eſſe valida huiuſmodi vota. Quare poſſunt talia vota declarari nulla à confeſſario carente poteſtate commutandi vota. *ita DD. teſte Graphio de caſib. reſeruatis lib. 2. cap. 43. nu. 25.*

QVÆ-

QVÆRITVR XVIII.

An qui non eſt confeſſus in Paſchate, vel non communicauit, incurrat Neapoli caſum reſeruatum.

Antequam reſpondeam.

SVppono primo, de iure cõmuni non adeſſe pœnam latam ipſo facto incurrendam contra tranſgreſſores horum præceptorum, nempè annuæ confeſſionis, & communionis, vt docet *Suarez tom. 3. 3. part. diſp. 70. ſect. 3 §. vlt. verò & patet ex conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Innoc. 3. ædita quæ incipit Omnis vtriuſq. ſexus &c.* Vbi ſolum præcipitur, vt huiuſmodi trãſgreſſor ab ingreſſu

Ec-

Eccleſiæ arceatur, & moriens Eccleſiaſtica ſepultura careat, quæ pœnę donec imponantur, non incurruntur, *vt docet Suar.*

Suppono ſecundo ex prima Synodo habita à bona memoria Cardin. Carrafę Archiepiſcopi Neapolitani anno 1919. non adeſſe latam cenſuram ipſo facto incurrendam contra ſupradictos tranſgreſſores dictorum præceptorum, nempè annuæ confeſſionis, ac communionis, vt videri poteſt ex decreto quarto dictæ ſynod. & aliud non præcipitur, niſi quod tranſactis octo diebus poſt octauam Paſchatis, iterum moneant Parochi ſuas oues, vt adimpleant præcepta confeſſionis, & communionis. Et prima monitio præcipit, vt Paro-

chi

chi faciant prȩcipuè in Dominica Palmarum, & tranſactis octo diebus poſt octauam Paſchatis, vult, vt faciant aliam monitionem infra octo dies, vt ſatisfaciant, aliàs dicto termino elapſo; fiat denunciatio interdicti in genere contra tranſgreſſores dictorum præceptorum, & affigatur in tabella, ſcilicèt eſſe interdictos ab ingreſſu cuiuslibet Eccleſiæ, & priuatos eccleſiaſtica ſepultura in euentum mortis abſque ſignis euidentibus pænitentiȩ, & ſubdit infra. Particulares verò perſonas quæ dicta præcepta non adimpleuerint, ſtatim nobis, vel noſtro Generali Vicario deferre teneantur, ad hoc, vt opportunè prouideri poſſit. Hæc ſunt formalia verba

Digitized by Google

ba ſynod. in qua nulla apparet reſeruatio cenſuræ.

His poſitis.

RESpondeo poſſe quemlibet confeſſarium approbatum ab Ordinario Neapolitano abſoluere tranſgreſſores prçceptorum annuę confeſſionis, ac communionis, etiam ſi careat confeſſarius facultate abſoluendi à reſeruatis, & etiã ſi ſit facta denunciatio à Parocho, nempè eſſe tranſgreſſores incurſos pænas ſupradictas. Secus eſt dicendum ſi interdictum ſit latum contra talem nominatam perſonam, nam tunc non ſolum non poteſt abſoluere confeſſarius carens facultate abſoluendi à reſeruatis, ſed nec etiam poteſt abſoluere qui habet poteſtatem abſol-

Digitized by Google

ſoluendi à reſeruatis cenſuris, nam quando cenſura eſt deducta in foro externo contra talem nominatam perſonam, ſolum poteſt eam tollere qui eã tulit, vel ſucceſſor eius qui habet poteſtatem ordinariam. *ita Bonacin. to* 1. *diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. *num.* 6. Secus eſt dicendum, quando in genere lata eſt cenſura, & non eſt nominata perſona, nec ſuperior abſolutionem eius ſibi reſeruauit, vt eſt in caſu noſtro, nam tunc quilibet confeſſarius, etiam ſi non habeat facultatem abſoluendi à reſeruatis, poteſt abſoluere. Ratio eſt, quia quando ſuperior non ſibi reſeruat cenſurã, ſiuè ſit à iure, ſiuè ab homine, ac etiam Pontificia omnibus confeſſarijs licentiam abſol-

uen-

uendi videtur concedere, vt ſupradixi, & docet *Nauar. cap. 27 in ſumma nu. 39. Emanuel Sa Tolet. Sylu. & pleriq; alij citati à Mancino in pract. viſitandi infirmos p. edit. pract. 4. dub. 32.*

Probatur præterea, in codice caſuum reſeruatorum in Eccleſia Neapolitana nō adeſt talis reſeruatio, vt patet, ergo non eſt faciēda reſeruatio vbi non eſt, nam ſi mens ſuperioris ita eſſet, vtique medijs edictis manifeſtaſſet; & conſequenter rogo confeſſarios carentes facultate abſoluendi à reſeruatis; vt non mittant pænitentes ad ſuperiorem cauſa obtinendi licentiam, vt abſoluãtur ab interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. Modò non ſit nominata perſona per cedolones in valuis

uis Eccleſiæ. Nam tunc indigent auctoritate ſuperioris, vt ſupra dictum eſt.

QVÆRITVR XIX.

An Presbyter Sacerdos approbatus ab ordinario poſſit excipere confeſſiones regularium abſq; licentia ſuperiorum.

RESpondetur non poſſe; quia Regulares non ſunt Ordinario ſubiecti. Sed de licentia ſuorum ſuperiorum poteſt confeſſarius approbatus ab Ordinario excipere confeſſiones Regularium. Licentiam ſupradictam poſſunt concedere Guardiani, Priores, Præpoſiti, ac Rectores, quia habent poteſtatem ordinariam, & cõſe-

Digitized by Google

ſequenter poſſunt ſubdelegare.hoc intelligitur, ſecluſa cõſtitutione, vel ſtatuto religionis in contrarium. *ita Doctores cit. à Diana 3.p. reſol. 2. tit. de dubijs regular. & Doctores apud S. Fauſt. de Theologia moral. lib. 6. q. 77. idẽ aſſerit Racucius in Lucerna Parochorum tit de abſolut. fol. mihi 435. num.* 2. qui addit, quod Religioſi habentes licẽtiam ab eorum ſuperioribus confitendi quibuſcunque, ſi confiterentur cõfeſſoribus ſecularibus, debent ij confeſſores eſſe approbati ab eorum, rum ſuperiore ad audiendas confeſſiones religioſorum. *ita S. Fauſt. in Theologia morali lib. 6. q. 76. §. ſed dubium eſt.*

Plus addunt *Suarez to. 4. 3. p. diſp. 28. ſect. 4. nu. 4. facundex de*

quinq.

quinq. præcept. Eccleſiæ pręcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 4. & Zerola in praxi pænitent. cap. 15. q. 4. quod ſuperior Regularium poteſt ſuis ſubditis exponere confeſſarium ſecularem non approbatum ab vllo Epiſcopo. Ratio horum DD. eſt, quia ante Tridentinum ſimplices Sacerdotes ad hoc, vt potuiſſent excipere confeſſiones non erat neceſſaria approbatio ab Ordinario, ſed ſatis erat facultas obtenta à Parocho, vt docet *Suarez l. cit. ſect. 3. num.* 5. poſt Trident. requiritur apprbatio Ordinarij, *vt patet ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de re reformation.* hæc ſunt formalia verba Trid.

Quamuis Presbyter in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiat, ſci-

licèt poteſtate ordinis in Corpus Chriſti myſticum, vt in ſuperioribus declaratum eſt, decernit tamen ſancta ſynodus, nullum etiam Regularē poſſe confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, & cōſuetudine quacunq; etiam immemorabili, non obſtantibus.

Ac proindè ſequitur; vt docent Doctores ſupracit. quod decretum Trident. non habet locum reſpectu regularium, vt patet ex illis verbis Trident. confeſſiones ſecularium, etiam

ſacer-

ſacerdotum. Sed habet locum reſpectu omnium ſecularium ſine vlla exceptione.

Hinc.

PRimò colligitur clarè, quod Regularis approbatus a ſuo ſuperiore, & non ab Ordinario poteſt audire confeſſionem alterius regularis de licentia ſuperioris pęnitentis.

Secundò, quod ſimplex ſacerdos carens approbatione Ordinarij ſui, poteſt audire confeſſionem pęnitentis regularis, Si eius ſuperior conceſſerit licentiam, aut auctoritatem abſoluendi illum, quia Trid. loquitur de confeſſionibus ſecularium, etiam ſacerdotum, nempè prohibere, vt non audiant, niſi præuia approbatione Ordinarij, non lo-

quitur de Regularibus, ita vt ſimplices ſacerdotes carentes approbatione Ordinarij non poſſint audire cõfeſſiones Regularium, ergo remanet illæsũ ius antiquum, quò ad confeſſiones Regularium. Sed ſecundum ius antiquum qui habebat poteſtatem ordinariam, vt Parochus poterat ſubdelegare alij ſacerdoti carenti Ordinarij approbatione, vt docet *Suarez loc. cit.* ergo ſuperior religionis, vt Guardianus, Præpoſitus, &c. dum habent poteſtatem ordinariam poſſunt ſubdelegare facultatem alij ſacerdoti, non ſolum regulari, ſed etiam ſeculari, etiam ſi non habeat approbationẽ ab Epiſcopo.

Vnum aduertit *Nauarr. cap.*

4 *num.6.* quod regularis debet petere licentiam à ſuo ſuperiore ad hoc, vt audiat confeſſionē alterius regularis : aliud ego aduerto, quod Neapoli per legem ſynodalem tempore Archiepiſcopi Anibalis de Capua prohibitum eſt ſub excommunicatione latæ ſententiæ, vt nullus adminiſtret ſacramenta in Ciuitate, vel Diæceſi ſine licentia Curiæ Archiepiſcopalis, ac proindè non ſufficit licentia ſuperioris Regularis alij ſacerdoti carenti approbatione Ordinarij, ad excipiendam confeſſionem Regularis, ſed debet præcedere licentia Curiæ Archiepiſcopalis, ad hoc, vt non incurrat excommunicationem.

Addit præterea *S. Fauſt. l. cit.*

ſed q.77. quod Regularis, dum eſt in itinere longè à monaſterio, poteſt eligere confeſſorem ſecularem approbatum ab Ordinario, etiam ſi non interceſſit expreſſa licentia ſuperioris, vt poſſit eligere confeſſarium ſecularem. *ita Nauarr in cap. placuit nu. 43. de pænit. d. 6. Henriquez lib. 6. cap. 6 n. 4. & alij cit. à S. Fauſt.* Ratio eſt, quia dans licentiã peregrinandi hoc ipſo cenſetur dare facultatem, vt poſſit abſolui à reſeruatis, & eligere quẽlibet confeſſarium, *ſed Emanuel Sa verb. abſolutio num. 22* addit hæc verba, ſaluis tamen peculiaribus reſeruandi modis.

Secus eſt, ſi detur ſolum poteſtas eligendi confeſſorem in eadem diœceſi, nam data licen-

tia

tia eligendi confeſſorem, non intelligitur data licẽtia, vt abſoluatur à reſeruatis. *ita Sal. cit. Addit Ragucius in Lucern. Parochorum l. cit.* quod credendum eſt aſſerenti habere licentiam à ſuo ſuperiore, vt poſſit eligere confeſſarium.

QVÆRITVR XX.

An ſimplex ſacerdos ſecularis, ac non approbatus ab Ordinario, poſſit abſoluere Regularem à venialibus, & à mortalibus legitimè confeſsis, etiam ſi regularis non habuerit licentiam à ſuo ſuperiore, vt poſsit eligere confeſſarium extra religionem

RESpondetur *ex S. Fauſto in Theologia morali lib 6. q 77*

 §. ſed

§. *ſed* difficultas abſque dubio poſſe regulares ſine licentia ſui ſuperioris à quolibet ſeculari ſacerdoti carente approbatione Ordinarij abſolui à peccatis prædictis, quia de venialibus, aut mortalibus iam legitimè abſolutis nullus tenetur confiteri, & quiuis ſacerdos ex vi ordinis habet talem poteſtatem abſoluendi à venialibus, & à mortalibus legitimè confeſſis, vt communiter docent Doctores *teſte S. Fauſt. in Theolog. morali lib. 6. q. 31.*

QVÆRITVR XXI.

Quidam clericus dimiſit habitum clericalem, fuit à Titio percuſſus, an inciderit Titius in excommunicationem; ſi conſtabat ei eſſe inſignitum ordine.

Re-

RESpondetur ſi clericus beneficiatus eſt, etiam ſi non deferat habitum, & tonſuram gaudere priuilegio canonis, & conſequẽter Titium incurriſſe excommunicationem. Ratio eſt, quia maioribus priuilegijs gaudet, qui habet beneficium eccleſiaſticum, quam qui non habet, vt patet *ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* & inter Doctores hoc non controuertitur.

Sed difficultas eſt, de clerico non in ſacris carente beneficio eccleſiaſtico, & dimiſit habitum clericalem, an gaudeat priuilegio canonis?

RESpondetur *ex Sylu. verbo excommunicatio 6. num. 6. Sayr. lib. 3. cap. 27. nu. 7. Bonacin.*

de legibus diſp. 10.*q.*2.*pun.*1.§.4. *nu* 20.*Carol de Graſsiis de effecti-bus clericat. effect.*1.*num.*900 & *effect.*9.*nu.* 128. quod clericus ſupradictus non gaudet priui-legio canon.quãdo à ſuo Epi-ſcopo, ter monitus fuerit, & non ſe emendauit, quæ moni-tio ſufficeret, ſi eſſet generalis, puta per edictum Epiſcopi, vt omnes clerici reaſſumant ha-bitum intra menſem, & addit *Bonacin. de cenſur. diſp.*2 *q.*4 *p.*4 *num.*6. cum alijs DD. à ſe cit. quod non ſufficit vna monitio pro tribus, quia in cap. contin-git dicitur ter à te moniti, vt notat Abbas ibi. itaque ſem-per gaudet priuilegio canonis, etiam ſi non deferat habitum clericalem, quamdiù ab Epi-ſcopo ſuo non fuerit ter mo-

nitus

nitus ſecundum opinionem horum DD. *Suarez tamen de cẽſuris diſp. 22. ſect. 1. n. 11. & alij apud Coninchũ diſp. 14. dub 15. n. 163.* docent, quod ſtatim nõ gaudet priuilegio canonis, ſi non ſemel, atque iterum, ſed continuata conſuetudine veſtibus clericalibus omninò nõ vtatur, quamdiù in habitu laicali perſeuerabit: hoc intelligitur ait *Suarez l. cit.* quando clericus non eſt in ſacris. Secus eſt, ſi eſt in ſacris, nempè non amittere priuilegium canonis, niſi quando ter monitus ab Epiſcopo ſuo fuiſſet. *ita Suarez l. cit.* ſecus etiam eſt dicendum ſi beneficium eccleſiaſticum haberet, nempè non amittere priuilegium canonis, etiam ſi non deferat habitum,

& tonſuram. *ita Suarez l. cit.*

Alij Doctores apud *Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 13. num. 34.* docent quod clericus non in ſacris, ſi non habet omnia requiſita ad gaudendum priuilegio fori iuxta *Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* quæ ſunt deferre habitum, & tonſuram, aut eſſe in ſcholis, aut in monaſterio alicuius Eccleſiæ ex Epiſcopi licentia, vel beneficium eccleſiaſticum habere, non gaudere priuilegio canonis. *Ita Spino, Macienzo, Benedictus, Ægidius, Molina, Caldus, & Mendex cit. ab eodem Sanchez loc. cit.* ſed communiter hæc opinio reijcitur ab alijs DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez l. cit.*

Hinc

Hinc

SEquitur quod ſecundam primam opinionem DD. docentium eſſe neceſſariam trinam monitionem Epiſcopi, ad hoc vt clericus non in ſacris, & carens beneficio eccleſiaſtico, & non geſtãs habitum clericalem, amittat priuilegiũ canonis, conſequenter dicendum eſt non poſſe cõfeſſarium neque Pęnitentiarium Epiſcopi abſoluere eum qui grauiter percuſſit ſupradictú clericum nõ geſtantem veſtes clericales.

Secus eſt dicendum ſecundum opinionem Suarez, & aliorum, quando continuata conſuetudine clericus, non defert habitus clericales; nempè poſſe abſolui à quocunque approbato confeſſario, etiam

ſi

ſi percuſſio fuit grauis, & enormis, quia dũ non incurrit excommunicationẽ, conſequenter caſus non eſt Summo Pontici reſeruatus.

Et ſecundum opinionẽ DD. docentium clericum non gaudere priuilegio canonis, quoties non gaudet priuilegio fori, quia non habet requiſita iuxta Tridentinum, cõſequenter ſequitur quod ſi quis grauiter percuſsit clericum, ſed non habentem requiſita ad gaudendum priuilegio fori, non incurrere excommunicationem, & abſolui poſſe à quocunq; approbato confeſſario.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM, QVAE IN hoc opere continentur.

A

ABſolui, an poſſit à confeſſario eum qui percuſſit clericum non in ſacris grauiter ſi tempore quo percuſſit non geſtabat habitum clericalẽ? quid dicendum ſi erat beneficiatus. fol.152.q.20.vſq; ad fol.158.

Actus conſumatus, an requiratur in peccato inceſtus reſeruati. fol.68.§.petes 4.& fol.67.§.vnde.

Appellatione brutorum, an veniãt aues, vel piſces. fol.62.§. petes 5.

Ap:

Appellatione animalium, an veniant aues, vel piſces. ibid.

B

BLaſphemator, an incurrat caſum reſeruatum. fol. 34. §. primus caſus.

Blaſphemans bis, aut ter, an incurrat caſum reſeruatum. fol. 35. §. ſed petes.

Blaſphemans vno impetu Deum, & eodem impetu, Beatam Virg. an incurrat caſum reſeruatum. fol. 36. §. petes 2. vſque ad fol. 37 & 38.

Vt blaſphemator incurrat caſum reſeruatum, quot conditiones ſunt neceſſaria. fol. 38. §. petes 14. vſque ad fol. 43.

Beſtiam cum qua peccauit, an teneatur pœnitens in confeſſione explicare. puta cuius ſpeciei fuit, vel fuit mas, vel fœmina. fol. 58.

Digitized by Google

fol.58. §. non eſt tamen neceſſarium.

In beſtialitatis peccato, an ſit opus explicare locum vbi conſumatus eſt actus peccati. fol. 59. §. petes 2.

Beſtialitatis peccatum, ad hoc, vt quis incurrat, an requiratur conſumatio actus fol. 60. §. petes 3.

Beſtialitatis peccatũ reſeruatum, an incurrat patiens ſi eſt homo? fol 61. §. petes 4.

Beſtialitatis peccatũ reſeruatum, an incurrat ſi quis rem haberet cum auibus, vel piſcibus. fol. 62. § petes 5.

Beſtialitatis peccatũ reſeruatum, an quis incurrat ſi quis rem haberet cum Dęmone ſuccubo, vel incubo. fol. 63. petes 6.

Beſtialitatem ſi quis ſemel incurrerit,

rit, an incidat in reſeruationẽ. fol. 64. §. petes ſeptimò.

Cum brutis coire, an ſit reſeruatus. fol. 56. §. petes primò, & quando incurritur ibidem.

C

CAſus, an ſit reſeruatus, quãdo quis non confeſſus eſt, & non communicauit in Paſchate fol. 137. q. 18 vſq. ad ſol. 143.

Caſus in dubio, an cenſus ſit reſeruatus. fol. 98. § petes primò.

Caſum reſeruatum beſtialitatis, an teneatur explicare pænitens in confeſſione, ſciliet cum qua ſpecie beſtiæ peccauit fol. 8. §. non eſt tamen neceſſarium.

An ſit opus explicare ſi beſtia ſit mas, vel fęmina ibid.

Cenſura extra Sacramentum, an poſſit abſolui à confeſſario, qui obtinuit facultatem à ſuperiore,

re, ſed non dixit, vt extra Sacramentum abſolueret fol. 119 *§ q.*7.

Confeſſarius, an credere teneatur pœnitenti aſſerenti ſe facultatem habere à ſuperiore, vt à reſeruatis, & cenſuris abſoluatur. fol 121. *q.*8.

Quid ſi cenſura eſt publica, ibid. *§. ſi verò.*

Confeſſarius ſimplex, an poſſit abſoluere peccata reſeruata oblita, puta quãdo pęnitens ſubijecit peccata Summo Pænitẽtiario, & poſt obtentam abſolutionem recordetur aliorum peccatorum reſeruatorum. fol. 130. *q.* 14. *vſque ad fol.* 133.

Quid dicendum ſi implicitè fuerunt incluſę in confeſsione facta cum Pęnitentiario fol. 133. *q.*15.

Con-

Confeſſarius, an poſſit commutare vota ſi Epiſcopus conceſſit ei facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris. fol. 143. q. 16.
Confeſſarius approbatus ab Ordinario, an poſſit audire confeſſiones regularium fol. 143. q 19.
Confeſſarius, an incurrat ſuſpenſionem ipſo facto, ab audiendis cōfeſſionibus, ſi non mittat Parocho teſtimonium de abſolutione publici peccatoris ęgroti. fol. 94 §. nonus caſus.
Confeſſarius, ſi excipit cōfeſſionem publici peccatoris tempore quo erat ſanus, an teneatur monere Parochum de abſolutione eius ſi tempore infirmitatis excipiat confeſſionem eiuſdem, fol 96. §. petes.
Cōfeſſarius ſimplex, an poſſit abſolue-
Digitized by Google

ſoluere à non reſeruatis, & circa reſeruata mittere pænitentem ad ſuperiorem, quid dicendum, cum cauſa, & quid ſi peccata reſeruata ſint cenſuræ annexa fol. 112. *§.petes* .5. *vſque ad fol.* 117. *an teneatur omnia audire ibidem.*

Confeſſarius ſuperior, an poſſit abſoluere tantum reſeruata, & circa non reſeruata mittere pænitentem ad ſimplicem confeßarium fol. 117.

Confeßarium, an poſſit abſoluere percutientem clericum grauiter ſi tempore quo percuſſit non geſtauit habitum clericalem, & non erat in ſacris? quid dicendum ſi habebat beneficium fol. 152. *q.* 20. *vſque ad fol.* 158

Concubinarij, an abſolui poſſint à confeßarijs ſi per duos

menſes

menſes ſeorſum à concubina habitarunt folio 93. §. ſed vnum.
Concubinarius, an incurrat caſũ reſeruatum fol. 88 §. ſeptimus caſus.
Concubinarius, quando quis in rigore dicatur fol. 88. § ſed petes vſque ad fol. 92.
Concubinarius an dicatur ſi quis abutatur maſculo. fol. 92. §. ex bis colligitur
Concubinarius, an dicatur ſi quis teneret fœminam ad deoſcolandam fol. 92 §. colligitur. ſecundò
Concubinarius, an dicatur ſi quis haberet pollutionem cum fęmina, vel cognoſcere eam in vaſe prępoſtero fol. 92. § ſecus.
Conſulentes, vel mandantes ire ad magos, an incurrant caſum re-

reſeruatũ f. 16. §. petes quartò.

Conſulens, vel mandans, teſtificari falſum, an incurrat caſum reſeruatum fol. 27. §. petes tertiò.

D

DÆmonen alligare, an poſſit homo, & quando dicitur homo habere Dęmonẽ alligatũ fol. 4. §. petes, vſque ad fol. 6.

Debitores Eccleſiarum, an incurrant reſeruationem ſi non ſoluant, etiam quando ſunt impotentes. fol. 87.

Diuinatio, an ſit caſus reſeruatus fol. 1.

Diuinatores qui cum expreſſa inuocatione Dęmonis vtũtur incantationibus prętextu captandę dilectionis, aut odij inferendi, an incurrant caſum reſeruatum fol. 6. §. item omnes.

Dolus

Dolus, an requiratur in iudicio extra falſitatem ad hoc, vt quis incurrat caſum reſeruatum. fol.29. §.petes ſertò.

E

EXcommunicatio maior ſi nõ ſit reſeruata, an poſſit abſolui à quocunqe confeſſario approbato fol. 122.q.9.

Quid dicendum de ſuſpenſione, & interdicti. ibid. § hoc intelligitur.

F

FAcultas abſoluendi à reſeruatis, an ſit nulla ſi non ſeruentur conditiones quas vult superior fol.129..q.13.

Facultas abſoluendi à reseruatis, an extendatur etiam à censuris reseruatis. fol.124.

Facultas absoluendi à reseruatis, an intelligatur quoad preterita,

ta, & futura fol. 125. q. 11.

Facultas conceſſa ab Epiſcopo abſoluendi à reſeruatis, quos ipſe reſeruauit, an extendatur etiã quo ad caſus iure canonum Epiſcopo reſeruatos fol. 127. q. 12.

Fæminam qui cognoſcit in vaſe præpoſtero, an incurrat peccatum ſodomiæ fol 44. §. ſed dubium.

Filias ſpirituales ſollecitantes, an incurrant caſum reseruatũ fol. 73. §. quartus casus, quando incurratur dictus casus fol. 74. an comprehendat, etiam ſi confeßarius sollicitet maſculos fol. 75. §. petes secundò, an sufficiat ſi semel audiuit confesſionem fol. 75. §. petes tertiò vsque ad fol. 79. cum alijs dubijs.

I

INceſtus, an ſit caſus reſeruatus, & in quo gradu fol 65. §.tertius caſus.

Inceſtum, reſeruatum, vt quis incurrat quid requiratur fol. 65. §.petes primò.

Inceſtus reſeruatus, an ſit ſi quis rem haberet cum cognata ſpirituali fol 66.§. petes ſecundò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat, ſi vacaret tantum tactibus impudicis, puta oſculis, ac amplexibus cum conſaguinea propia, vel vxoris ſuæ fol. 66.§ petes tertiò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat, ſi non conſumat actum cum conſaguinea, vel affini data opera fol. 68.§ petes quartò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat ſi ex ignorantia rem

habet cum fœmina, quæ putat non eſſe ſibi, neque conſaguineam, neque affinem fol. 69. §. petes quintò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat, ſi rem habuit cum fœmina, quam prius cognouerat pater, vel ſuus frater fol. 70. §. petes ſextò.

Inceſtum reſeruatum, an incurrat ſi ebrius rem habuit cum conſanguinea, vel affini fol. 70. § petes ſeptimò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat per vnicum actum fol. 71. §. petes octauò.

Inceſtum reſeruatum, an quis incurrat, ſi vir cognouit ſororem, vel matrem ſuæ vxoris, vel tenuit ſuum filium in confirmatione, vel eũ baptizauit ſine neceſſitate fol. 71. §. petes nonò.

Inceſtus reſeruatus, an ſit ſi cognoſcit aſcendentes conſanguineos per lineam rectam fol. 72 § petes decimò.

Ignorantia inuiſibili laborans, an incurrat caſum reſeruatum, ſi ageret aliquid quod in ſe eſt peccatum reſeruatum, ita vt excuſetur à mortali fol. 17. §. petes quintò.

Ignorantia inuincibilis, de quibus rebus dari poteſt fol. 102 §. ſuppono vſque ad fol. 107.

Ignorantia cenſuræ, ac etiam irregularitatis, an excuſet ab earum incurſu fol. 108. vſque ad fol. 112.

In iudicio, qui deponit falſum, ne Reus moriatur, an incurrat caſum reſeruatum fol. 29. §. quintò, an requiratur dolus vide in litera D.

In

Digitized by Google

In iudicio, qui depoſuit falſum, ſed non coram Iudice, vel coram Notario non præcedente mandato Iudicis, an incurrat caſum reſeruatũ f. 30. §. petes ſeptimò.

M.

MAndantes ire ad magos, an incurrant caſũ reſeruatum fol. 16. § petes quartò.

Medici, an incurrunt caſum reſeruatum, quando non procurant confeſsionem ęgroti fol. 80 quãdo tenentur monere ægrotos, an in leui infirmitate fol. 81. §. petes primò.

An poſsit medicus per alios monere infirmos de confeſsione fol. fol. 83. §. petes ſecundò.

Medici, an faciunt contra iuramentum, ſi non moneant infirmum de confeſsione fol. 82. §. neque.

Medico ſi conſtat, quod monitio de cõfeſsione ſit facta per aliũ, an ſit liberę ab obligatione monendi fol. 84. § ſi conſtat.

Medicus, an teneatur deſerere infirmum ſi non vult confiteri fol. 84 § petes tertiò.

Medicus, an teneatur exigere fidẽ confeſsionis fol. 85. § petes 4.

Medicus, an teneatur monere infirmum de confeſsione ſi putat eſſe in bono ſtatu, quid dicendũ ſi religioſi ſunt infirmi fol. 86. § nec peccat.

Cum monialibus loqui, an ſit peccatum reſeruatũ fol. 18. & 19

Moniali ſcribere ſine licentia, an ſit peccatum reſeruatum f. 19. §. ſed petes primò.

Cum monialibus loqui per ſigna, an ſit peccatũ reſeruatum, & an incurratur excommunica-

tio

tio fol. 22. §. petes ſecundò.

Cum monialibus, an loqui poſſint fœminæ ſine licentia fol. 21. §. petes tertiò.

Mulieres facientes palmos cauſa ſciendi, an earum amaſij diligant, an incurrant caſum reſeruatũ f. 7. §. ex quo ſequitur.

N

Egromantes, an incurrant caſum reſeruatum fol. 6. §. item omnes vſq. ad fol. 8.

P

Peccata mortalia interna, an poſſint reſeruari f. 98. §. q. 2.

Peccata venialia, an poſſint reſeruari ibidem.

A peccato mortali excuſatus ratione ignorantiæ inuincibilis, vel quia non plenè, ac deliberatè conſenſijt, an incurrat reſeruationem fol. 101. §. q. 3.

Ad

Ad peccatum, quæ aduertentia ſit neceſſaria fol. 106. §. ſuppono tertiò.

R

REgularis habens licentiã à ſuo ſuperiore peregrinandi, an poſſit confiteri ſeculari confeſſario, & abſolui à reſeruatis, etiam ſi expreſsè talem licentiam non habuerit fol. 149 *§. addit pręterea, & fol.* 150.

S

SAcrificium vel obſequium dæmoni præſtare, an ſit caſus reſeruatus fol. 2. *§. cãq. pęnam.*

Sacerdos carens approbatione ordinarij, an poſſit excipere confeſsionem regularis cum licentia ſui ſuperioris fol. 144. & 145. *vſque ad fol.* 150. *an hoc Neapoli poſſit fieri. ibidem*

Sacerdos ſecularis non approbatus

Digitized by Google

ab ordinario, an poſsit abſoluere regularem à venialibus, & à mortalibus legitimè confeſsis abſque licentia ſui ſuperioris fol. 151. q. 20.

Sortilegium, an ſit caſus reſeruatus fol. 1.

Sod*omia quid ſit ad hoc, vt quis incurrat caſum reſeruatum, fol. 43 §. petes tertiò.*

Sodomia, *an committatur cũ femina fol. 44. §. ſed dubium.*

Sodomia *ſi quis ſemel committat, an incurrrt caſum reſeruatum fol. 45. §. petes ſecundò.*

Sodomia *patiens, an incurrat caſum reſeruatum fol. 47. §. petes tertiò.*

Sodomię *nomine, an veniat ſi quis inter crura alterius emittit ſemen fol. 48. §. petes quartò.*

Sodomia *ad hoc, vt ſit caſus reſer-*

uatus,

uatus, an ſit opus, vt actus conſumetur intra vas ſtercorariũ fol. 50 § petes quintò.

Sodomia quam ſit graue peccatum fol. 51. § petes ſextò vſque ad fol. 56.

Striges, an incurrant caſum reſeruatum fol. 6. § item omnes.

Sortilegi, qui dicuntur fol. 14 §. petes tertiò.

Sollicitator fæminarum in actu confeſſionis, an incurrat caſum reſeruatum fol. 32. §. ſextus caſus.

T

Teſtis ſi fuit compulſus, & iurauit falſum, an incurrat caſum reſeruatum fol. 25. §. petes ſecundò.

Teſtis examinatus nõ coram Iudice, ſed coram Notario, non præcedente mandato Iudicis,

an

an incurrat caſum reſeruatũ, ſi depoſuit falſum fol. 30. §. petes ſeptimò.

Teſtis qui depoſuit falſum coram Iudice, ſed non iurauit, an incurrat caſum reſeruatum fol. fol. 31. §. itaque.

Teſtis appellatione, an veniat reus fol. 32. § petes octauò.

V

VEneficium, an ſit caſus reſeruatus ſi per ſe, vel per alium daret, vel reciperet aliquid de ſacramento, vel ſacramentalibus, causa facjendi illud fol. 1.

Venefici, an incurrant casum reſeruatum, quando cum expreſſa inuocatione Dæmonis vtuntur incantionibus prętextu captandę dilectionis, aut odij inferendi fol. 6. §. item omnes.

Digitized by Google

Venefici qui dicuntur fol. 14. §. *petes tertiò.*

Veritatem qui tacet in iudicio, ſed non deponit falsum, an incurrat caſum reſeruatum fol. 28. §. *petes quartò.*

Venena conficiẽs, an incurrat caſum reſeruatum, etiam non ſecuto effectu fol. 93.

Vota de rebus impoſſibilibus, aut ſtultis, an ligent fol. 235. q. 17.

FINIS.

LAVS DEO,
Deiparæ Virginis,
ac D. Carolo.

Digitized by Google

Digitized by Google

Б - 4